riori que illius sunt diligēter ex-
equatur. et sic cogitet de ꝑfecti-
ori. Qui aūt in minori negligēs
est ꝛ in paucis deliquit. in maio-
ri statu ac in multis quō iustus
erit? Nisi forte talis esset status
in quo salutem vix vel nullo mō
consequi posset. vtputa habens
mortalia sibi annexa. Hic enim
ꝯtinuo dimittēdus est ac in me-
lius cōmutādus. ☞ D Nec
sic de die in diē ꝓcrastināda est
cōuersio a peccatis. Sic enī pi-
gro. ait Salomō Prouerb. 21.
Desideria occidūt pigrū. nolue-
rūt enī qcqꝫ man⁹ ei⁹ opari. To-
ta die ꝯcupiscit ac desiderat. Et
Ecci. 5. scribit. Ne tardes ꝯuer-
ti ad dn̄m. ꝛ ne differas de die i
diem. Subito enī venit ira illi⁹
ꝛ in tpe vindicte disꝑdet te. Ne
qꝫ enī temp⁹ ꝯuersioni aptuꝫ ex-
pectare oportet dicēte dn̄o. tps
vestrū est semꝑ paratū. Joh. 7.
habēt ergo illi voluntatē tortuo-
sam. et a voluntate dei cui⁹ man
datis nō se ꝯformāt recuruatā.
☞ E Sunt ꝛ alij in hoc se
putantes bone voluntatis. qꝛ in
multis recte agunt. elemosynas
largiuntur. ieiunijs se macerant
psalmos mltiplicant. sed in vno
vel paucis transgrediūt. putā-
tes elemosynaꝝ ac orationū mul
titudine hāc trangressionē vel-
le recōpensare. ꝛ in his trāsgres-
sionib⁹ non formaliter ex ꝯtem-
ptu dei peccant. sed ex carnis in-
firmitate. aut ex quadaꝫ pietate
inordinata. ordinantes hec fore
facta ad quedaꝫ alia bona opa.
vtputa aliena retinēt aut contra
legē mercant. vt sic possint largi
ores facere elemosynas. Tales n̄
attendunt. qꝫ qui in vno offen-
dit. factus est omniū reus. Jac.
2. Et qꝫ modicū fermenti totam
massam corrumpit. Gal. 5. Ta-
lib⁹ ait Greg. sup Ezech. omel.
7. Quid ꝓdest qꝫ ꝯtra hostium
insidias pene tota ciuitas caute
custodiat. si vnū foramen aptuꝫ
relinquit vn̄ ab hostib⁹ intret?
Adducitqꝫ exemplū pharisei de
quo Lu. 18. Hic enī dū ieiuniuꝫ
exhibuit decias dedit. deo gra-
tias retulit. quasi ꝑ circuituꝫ in
sue ciuitatis custodia vigilauit.
Sed qꝛ vnū in se foramen suꝑ-
bie nō attēdit. ibi hostem pertu
lit vbi ꝑ negligentiā oculū clau-
sit. Et omel. 11. sup Ezech. cōtra
huiuscemodi putantes pctā pijs
opibus cōpensare ait. Cū mala
cōmittim⁹ sine causa bona q̄ fa-
cimus ad memoriā reuocamus.
qm̄ in perpetratiōe maloꝝ. nulla
debet esse fiducia bonoꝝ preteri
torū. sic nec p̄sentiū. si saltem pre
sentia bona de genere. bona sim
pliciter dici possint. vn̄ ꝛ ꝑ Ezech.
terribiliter dn̄s ait. Si conuer
sus iust⁹ a iusticia fecerit iniqui
tatem in peccato suo morietur.
et non erunt in memoria iusticie

eius q̄s fecit eiusdez.18.☞ F
Sūt adhuc tercij. q̄ ex hoc se
putant bone voluntatis. q2 sin-
gularibus quibusdam obseruā-
tijs puta orationibus. ieiunijs.
celebritatibꝫ. ceterisqꝫ spūalibus
exercicijs intendūt etiā laborio
se multū. Sed exequi debitum
suum ꝛ ordinationem dei ꝛ eccle
sie paruipendunt et negligūt tā-
to se meliores putant. q̄nto se vi
dent agere que alij non faciunt.
Hec singularitas valde vitan-
da ē. que specialiter eis qui in vi
nea domini laborant insidiatur
ſm illud Ps. Singularis fe-
rus depastus est eam. Sed illi
attendere debent. quia deus bo
norū nostroꝝ non indiget. Nec
est qđ per nostraz industriam ei
placeat. voluntatē querit obedi
entem. nō sacrificiū. Unđ ꝛ saul
ꝯtra domini preceptum pinguia
offerens. audiuit a samuele. pro
eo ꝙ abiecisti sermonem domini
abiecit te dn̄s ne sis rex. Nūq̄d
vult dominus olocausta ꝛ victi-
mas. et nō potius vt obediatur
voci dn̄i. Sequit̄ quasi peccatū
ariolandi est repugnare. ꝛ quasi
zelus ydolatrie nolle adquiesce-
re. 1. Regū. 15. Oportet itaqꝫ ꝓ-
mū diligentissime laborare quē-
libet ad obseruantiā preceptorū
se ac suum statuz cōcernentium.
Et deinde si placet operam da-
re consilioꝝ obseruationi. Alio-
quin tāto peioris est voluntatis
q̄to plus (a voluntate dei prece-
ptiua recedēs) per quasdā singu
lares obseruantias pp̄lo sancti-
or iudicat̄. Qꝛ si preceptis nos cō
formabim⁹. bone volūtatis ho-
mines dicemur. etiā si ꝯsilia trā
scamus. citra tn̄ ꝯtēptuz. paceqꝫ
illam cōsequamur que ꝓmissa ē
ab angelis hominibus bone vo
luntatis Quā nobis ꝯcedat ꝛc̄.

Sermo scđs de natiui-
tate dn̄i in ordine. VI. pre
dicabilis duab⁹ vicibus.

Enedict⁹
qui venit in noīe
dn̄i deus domi-
nus ꝛ illuxit nobis. ps. 117.
☞ A Cōmunis ꝛ solennissi-
ma festiuitas. Celestiū terrestri-
umqꝫ. mūdū hodie letificat vni-
uersum. Noua em̄ ꝛ admirabi-
lis verbi eterni tp̄alis i carne ho
dierna natiuitas āgelos celestes
terrenis hominib⁹ exultatiōe io
cundissima sociauit. Nusq̄ ali- .I.
as angelos qui tam sedulo patri
bus apparuere. in tota ve. testa-
menti serie legim⁹ cum tanta lu
cis claritate ac leticie cāticis ap-
paruisse. Nusq̄m tam generalia
gaudia toti mūdo nūciasse. Sꝫ
recte hoc priuilegiuz huic tēpori
seruatum est ait Bern. in omel.
qn̄ exortuz est in tenebris lumen
rectis corde. qn̄ benedict⁹ ille et
sup oēs bn̄dictus. venit in noīe
domini. deus dn̄s ꝛ illuxit nob.
Tunc angelus pastoribus vigi-

lias noctis custodientib⁹ astitit
et diuina eos claritate circũful-
gens. Ecce inquit euãgeliso vo-
bis gaudiũ magnũ. qd erit om̃i
populo. quia natus est vobis ho
die saluator. qui est christ⁹ dñs ĩ
ciuitate dauid. Et ne parua vni
us angeli videret auctoritas. p⁹
q̃z vnus sacramentũ noue natiui
tatis edocuit. statim multitudo
celestis milicie affuit. laudantiũ
dñm z dicentiũ. gloria in altissi-
mis deo. et in terra pax homini-
bus bone volũtatis. Quid est h
fratres? Frequenter angelũ non
angelos missuz legim⁹. Nã etiã
ad expugnandũ castra egyptioꝝ
Exo. 14. siľr z assyrioꝝ. 4. Re-
gũ. 19. angelus vn⁹ mittit. Sed
z zacharie gabriel stans a dextrꝫ
incensi apparet. idemq; ad ꝟgi-
nem delegatur. Luc. 1. Quid est
q ad insinuandam nouam re-
gis natiuitatem. post vnũ ange-
lum tanta multitudo celestis ex
ercitus apparet. iubilat. gloriaz
deo canit? Nunqd nõ fuit diui
ne laudis in celo locus. vt ad lau
des psallendas terram peterẽt?
Sed nihil mirũ angelos de ce-
lo in terram descendisse. Post-
q̃z angelorum rex z creator p vir-
gineum partum hodie nascit in
terra. Hec quippe illa est sacro-
sancta natiuitas. qua celum ab
initio ruinam magnam passum
reparatur. Homo in terra perdi
tus saluatur. Merito gaudiũz
annunciat omni populo. popu-
lo angeloꝝ z populo hominũ. qꝛ
natus est hodie cõmunis salua-
tor. redemptor hominũ. repara-
tor angelorum. Et eo angeloruz
reparator. quo hominũ redem-
ptor. O natiuitas adoranda. q̃
celũ terrꝫ inclinãs. terrenos cele-
stibus pacificasti. O natiuitas
semp extollenda. que durissime
captiuitatꝫ tristiciã eliminãs. ce-
lesti mundum gaudio replenisti.
O natiuitas omniũ clarissima.
q̃ longissime noctꝫ tenebris reso
lutis. lumẽ eternũ in tenebris et
vmbra mortꝫ sedentib⁹ ptulisti.
Quid hui⁹ natiuitatꝫ gl'iaz pre
dicare sufficit? Cũ ppha euãge-
licus. labijs (licet calculo d alta-
ri forcipe sumpto) purgatꝫ. se im
parem existimet dicẽs. Genera-
tionez ei⁹ q̃s enarrabit. Isa. 53.
Quis tanti sacramenti misteria
euoluet. imo q̃s intellectu cõpre-
hendet. ad cui⁹ p̃dicationẽ non
vnus tm̃ sz beatoꝝ spirituũ exer
citus destinat. Uerũ qd nondũ
possum⁹ intellectu cõprehẽdere
nec digne verbis exprimere. pos-
sumus cũ sanctis pastorib⁹ fide
liter credere. ac creditũ diuinuz
misteriũ erectis sursum cordib⁹
adorare. Q̃d q; vt beat⁹ Leo ex
hortatur. magno dei munere a-
gitur. magnis ecclesie gaudijs ce
lebrare. ppphetico cõmoniti ora-
culo. Constituite diem solennez
in cõdẽsis (. i. densa seu mľta po-
puli congregatione) vsq; ad cor-
nu altaris. vt tota repleat eccle-

sia. christi natiuitate redempta. Hec subiunxit propheta. postꝙ̃ nascentē dominū bn̄dixit. ⁊ bn̄nedicendo natiuitatē eius ꝓphetauit. p̄teritis ꝓpter ꝓphetie certitudinē vtens ꝓ futuris dicēs. Benedictus q̃ venit in noīe dn̄i deus dn̄s ⁊ illuxit nobis. De q̃bus Aue maria. ☞ B Dona magna. verius maxima. imo vero tanta quibus maiora dari nō poterāt. dona salutaria. magnis gratiarūactionibꝰ christiani suscipite. ac d̄ oblata salute salutem operari non cessate. Ecce christus nascitur nobis. gloriamini. Ait Grego. nazan̄. in sermone huius festiuitatis. christꝰ e celis. occurrite. christus in terris. exultate. Et vt simul vtrūqꝫ complectar. Letent celi et exultet terra ꝓpt celestē. deinde etiā terrestrem. Quis nō adoret. primū ⁊ nouissimū. inicium ⁊ finē? Idcirco omēs adorando corde. clamemus ore ad christū nobis natū. Benedictꝰ qui venit ī nomine dn̄i. deus dn̄s nam illuxit nobis. Uerum vt sit iocūda decoraqꝫ laudacio duo nobis attendenda cōspicio. Primum est diuine caritatis donū nobis virgineo partu largitū. scd̄m ē gratitudo nostra. ꝓ tam ineffabili dono a nobis rependi debita.

Utrūqꝫ thema cōplectit. primū in eo ꝙ p̄mittit Benedictus qui venit in noīe dn̄i deus dn̄s. scd̄m cum addit. et illuxit nobis Ad quid. nisi vt cognita tanta gratia. refluat ꝑ gratitudinē in suū p̄ncipiū. vt fluere iteruꝫ possit. nam et lucis radius. obiecto obstaculo. reflectit in seipsum.

Ad primum inuitat Ps̄. 55. Uenite ⁊ videte opa dn̄i que posuit ꝓdigia sup terram. Premiserat eni dn̄s virtutū nobiscum. susceptor noster deꝰ iacob. Nobiscum qꝛ susceptor noster. i. nr̄e humanitatis. Que ꝓdigia? Respondet Cassio. Qꝛ virgo concepit. ꝙ incorrupta parturit. ꝙ stella magis apparuit. ꝙ angeloruꝫ chorus dn̄i natiuitatem p̄dicauit. ꝙ pacem in vniuerso orbe edidit. Hinc subsecutus Ps̄ ait Auferens bella vsqꝫ ad fines terre. Arcū cōteret ⁊ confringet arma. et scuta cōburet igni. Cui et Isaie vaticiniuꝫ consonat ca. 2. Conflabūt gladios suos in vomeres. et lanceas suas in falces. Et euāgelica historia pacē ipam exhiberdicēs. Exijt edictum a cesare augusto vt describeretur vniuersus orbis ⁊c̄. Quis ipsa temporalis pax sub qua natus ē christus non sit pax vera. sed figura vere pacis. cuius nō erit finis quaꝫ nobis attulit a dyaboli potestate eruens. christus princeps pacis pater futuri secli ⁊c̄. Isa. 9. Ad secūduꝫ hortatur ecclesia in prosa. Grates nūc omnes reddamus domino deo nostro. qui sua natiuitate nos liberauit de dyabolica potestate

De natiuitate domini

Eya oportet vt canam⁹ cū ange-
lis semp glīa in excelsis. Cana-
mus etiā cū pphetis ⁊ hebreorū
pueris. bn̄dict⁹ q̇ venit. in nomi
ne dn̄i. de⁹ dn̄s et illuxit nobis.
Primū hodiern⁹. scd̄m sermo
crastinus ptractabit. Hec ꝯcor-
dant duob⁹ in quibus die festo
exerceri debem⁹. q̄ sunt diuinoꝝ
meditatio ⁊ grārūactio. ☞ D

Igiť mlťa nobis magna ⁊ in-
effabilia deus summe bonus cō
tulit. quippe summi boni est nō
solum esse bonū. sed ⁊ pstare bo-
num. ait Grego. nazā. Nam in
primis hominē cōdidit. ad ima-
ginem suā fm animā formauit.
ex duplici em̄ natura spūali ⁊ cor
porali visibili et inuisibili. terre-
na et celesti confinxit. quasi alte
rum quēdā mundū in breui ma-
gnum. in exiguo totum statuit.
Totūqꝫ et magnum creatū mun
dum sibi seruire coegit. celū. ter-
ram. elementa. corporalia. omīa
viuentia. eorūqꝫ dominū consti-
tuit. Paradisum voluptatꝫ plā
tauit. ipm eius colonum intulit.
vt sine molestia. sine defectu. si-
ne labore. sine morte transferreť
ad eum beatitudinis statum. in
quo immobiliter deo adherēs.
etiam deus efficereť. imitatione
et gratia. non naturali essentia.
Que omnia nō idcirco min⁹ fu
ere preciosa. quia ingratus et re-
bellis homo ppria hec perdidit
culpa. Et vt breuiter omnia di-
cantur. oēm creaturā nobis do-
min⁹ dedit. Aplo teste. i. Cor.
3. Oia inq̄t vrā sūt. siue mūdus
siue psentia siue futura. Oia ve-
stra sunt. vos aūt xpi. Dedit ita
qꝫ nobis naturā spiritualē siue
angelicam. nunc ad protegendū
custodiendū. ministrandū. Ad
Heb. i. Omēs sunt administra
torij spūs. in ministeriū ⁊c. Cor-
poralem vero dedit ad vsum no
strum ⁊ nostrā vtilitatem. De B
2. Sn̄ īa. dis. i. Uerū hec omīa
et si multa sunt ⁊ magna taliaqꝫ
qualia preter deū nemo donare
potest. Tamen ad cōparationē ho
dierni doni. nō dico nō magna.
sed pene nulla sūt. ☞ E Ad
cuius doni magnitudinē vtcū-
qꝫ estimandā. confert atrendere
doni dignitatē. nostram quib⁹
donatū est idignitatē. donati-
onis quoqꝫ modum et finem.
Donum igitur hodierna natiui
tate p virginē nobis datum. ver
bum est ex summi ac eterni patrꝫ
corde eructatum. ex deo vero de
us. per quod facta sunt omnia.
et nihil sine eo. In principio in-
quit Joh. i. erat verbū et verbū
erat apud deū. ⁊ deus erat ver.
Omnia p ipm facta sunt. et sine
ipso factū est nihil. et sequitur.
Et verbū caro factum est. et ha-
bitabit in nobis. et vidim⁹ glo-
riam eius gloriā quasi vnigeniti
a patre. plenū gratia et veritate.
Item angelus ad mariā. Luc. i.
Ideoqꝫ et quod nasceť ex te san-
ctum vocabiť filius dei. Isa. qꝫ

c. 9. Paruulus nat⁹ ē nob᷑ ⁊ fili⁹ datus est nobis. ⁊ vocabit̄ nomē eius admirabilis. cōsiliari⁹. de⁹ fortis. pater futuri secl'i. pnceps pacis. Item vocabit̄ nomē eius emanuel qđ est interpretatū nobiscum deus. qui est de⁹ benedictus in secula. Ro. 9. Ecce apostolico. pphetico. angelico ⁊ euāgelico testimonio. puer nob᷑ hodie nat⁹ est. Clari⁹ aūt ad Heb. j. in epistola hodierna. Uerbum patris vnigenit⁹ dei fili⁹ simul ⁊ ipse deus. F Et quid ē de⁹? Respōdet Dam̄. j. sniaꝝ. Pelagus infinite substantie. hoc est. Esse infinitū. bonitas infinita. sapiētia infinita. potētia infinita. pfectio infinita. ⁊ q̇đq̇d simpliciter laudabile atqꝫ pfectū dici pōt. idipm est. sꝫ infinitū. hinc Grego. nazan̄. vbi. s̄. deū describens ait. est insupabile qđdam. et sine fine substātie pelag⁹. nullis terminis limitibusqꝫ circūdatum. omnē supgrediens sensum. omne tp̄s. atqꝫ omnē naturā. Et qm̄ infinitus est. indicibilis est. Parū est indicibilis. intelligibilis est. icogitabilis est. Magn⁹ dn̄s et incōprehensibilis cogitatu. ait Hiere. 32. ca. Hinc apl'us 1. Thi. 6. Lucē habitat inaccessibilem. quē nullus homo videt nec videre potest. Uere eteni deus abscondit⁹ est ab humano intellectu. vtpote qui posuit tenebras latibulū suum. Et beatus Aug⁹. lib. 1. de doctrina xp̄iana. snialit̄. Eoipo ꝙ aliq̇d đ deo đr. certū ē ꝙ de⁹ nō est illđ qđ đr. qꝛ ineffabil'est. Et Grego. nazan̄. Hoc solū ē qđ ex deo cōprehēdim⁹. qꝛ cōprehēdi nō possit. G Quis āt đ deo nihil digne dici nec itellectu ꝯphēdi. nec sic est videri possit. Impfecte tn̄ ⁊ ex pte đ illo cogitam⁹ ⁊ loq̇mur. fm nostrū itelligētie ac vocis paupertatē. Hoc ḡ vtcūqꝫ de ipso ⁊ cogitamus et loq̇mur. qꝛ deus est natura quedā excellentissima ⁊ imortalis. Principiū eternū sine pncipio atqꝫ fine. quo melius nihil cogitari potest. omia creans. oia cōtinens. omnia subijciēs. omia disponens. omnia concludens ꝫ a nullo ꝯclusus. A quo omia bona. sine quo nihil. nō modo bonum sed om̄ino nec esse potest. et talis est pater. talis filius. talis spūssanctus. quia hij tres vn⁹ et inseparabilis deus. ex quo omia per quē omia. in q̄ omnia. ipi honor et gloria ait Apl'us. Ro. 11. Nec tn̄ pater filius est. nec spiritussanct⁹. Neqꝫ fili⁹ pater ē. nec spūssanct⁹. Et spūssanct⁹ nec pr̄ est nec filius. Sꝫ eadē tribꝫ eternitas. eadē incōmutabilitas. eadē maiestas. eadē potestas. Uerba sunt bti Augꝫ. pmo de doct. xp̄iana. Discrete igit̄ persone sunt. sꝫ dignitas indiscreta. Et qm̄ sūt discrete. nō pater. nō spiritussanct⁹. sed fili⁹ solus nobis nat⁹ est ex virgine. sed talisq̄ ꝓpter insepabilē diuinitatē nō mi

noꝛ ē patre. nō minoꝛ spiritusan-
cto. ☞ H Audi deuotuȝ
Anshel. de dignitate filij nō sic
est. sed queādmodum vtcūq; di
ci poterat resonantem. O q̄ȝ bo-
nus inquit et suauis es domine
iesu. vberrime fons omniū gra-
ciarū. Inclita proles summi dei.
summe deus. O inmarcessibil'
decoꝛ dei excelsi. et purissima cla
ritas lucis eterne. vita omnē vi-
tam viuificans. Lux omne lumē
illuminans. in perpetuo splendo
re coruscans millemillena lumi-
na. fulgurantia ante thronū di-
uinitatis tue a primeuo dilucu-
lo. O eternum et inaccessibile
clarum ꝛ dulce profluuium. fon-
tis absconditi ab oculis omniū
moꝛtalium. Cuius vnda sine oꝛ-
tu. cuius ꝓfundum sine fundo.
cuius altum sine termino. cuius
amplitudo icircūscriptibilis. cu
ius puritas imptur babil'. Eru-
ctauit te coꝛ dei altissimi. de sue
ꝓfunditatis ipenetrabili abisso
Uita vitam. lux lucem. deus de
um. eternus eternum. immensus
immensum. ꝛ p er omia sibi equa
lem. Ex quo omia tanq̄ȝ ex nihi-
lo. per quem omnia tanq̄ȝ per me
dium. in quo omia tanq̄ȝ in fine.
In deo nanq̄ȝ sunt omia anteq̄ȝ
fierent ab eterno. fm esse ydeale
quod factum est i ipso vita erat.
Joh. i. Item Colos. j. Omia in
ipo constant exeunt autem in esse
existentie per creationem. rede-
unt in idipsum per annihilatio-
nem. verius manent in ipso. non
enim sic redeūt annihilata. qua
si tempoꝛe sue existentie reliquis-
sent esse suum ydeale in deo. sed
manet creatura semper anteq̄ȝ ꝓ
ducta est. dum ꝓducitur et est ꝛ
dum esse desinit ānihilata. qua
annihilatione redit in suum ꝑn-
cipiū. quia preter esse ydeale qđ
eternaliter habet in suo ꝑncipio
nullibi manet. Quis ꝛ alit' crea
tura manēs est in deo tanq̄ȝ in fi
ne finaliter ꝛ beatifice quiescen-
do i deo. si fuerit rōnalis. aut fi-
naliter oꝛdinata i deum. saltē ꝑ
deū. d quo scribit' Uniuersa ꝓpt'
seipm opat' est deus. Prou. 16.
J Exemplum aliqđ adhiberi
pōt. imaginemur speculum ali-
qđ. in quo oīa nō tm obiecta sed
simul vniuersa. pñtia. ꝛ absentia
existētia ꝛ nō existētia. luceāt pfe
ctissime. distincte ac semp. Q đ-
q̄ȝ speculū ipm intelligat oīa hec
in seipo. habeat q̄ȝ speculuȝ ipm
plena ꝛ sufficientē facultatē q̄tli-
bet relucētiū in ipso. ꝓducere ex
realiter in esse existētie. Istud ꝓ-
ductū fm esse relucēs qđ ydeale
dicim' ꝑfuit in speculo suo ꝓdu
cente. ꝛ ꝑ eius ꝓductionē nō re-
cessit a suo principio. fm esse qđ
ꝑhabuit in eo. et annihilatū seu
coꝛruptū in suo esse reali qđ acce
pit ex tpe. nihilomin' manet re-
lucēs in speculo. sicut reluxit pri'
q̄ȝ ꝓduceret. Tale itaq̄ȝ ꝓductū
esset ex ipso speculo. ꝑ ipm. ꝛ i ipo
ita omia ex deo. ꝑ deū. et in deo.

Ecce tale ⁊ tantū bonum. nr̄a
mortalitate tectū. sūma dei lar-
gitas nobis dedit. R Qui
bus nobis? nobis certe diuīa mi
seratione de nihilo ꝓductis. ad
dei imaginē formatis. olim pa-
disi incolis ꝯstitutis. dn̄is terre
stabilitis. dei cognitiōe ⁊ amore
ditatis. superne hierusalem ciui
bus designatis. consortibꝰ ange
lorū. coheredibꝫ supnaꝝ virtutū
Nobis sic a dn̄o a ꝑncipio. ꝑdu
ctis. ꝑuisis exaltatis. Sz heu
ꝓprijs exigentibꝰ demeritis. mi
serabiliter mutatis. Nam hono
rem ꝓpriū nō intelligētes cōpa-
rati sumus iumētis insipientibꝫ
facti similes vanitati. ad nihilū
redacti. Nam damnati sumus
exilio. extrusi de paradiso. versi
sumus in puluerē. foliū aridum.
stipulam siccam. luteā et fragilē
testam. vaporem ad modicū pa-
rentem. pellem morticinā. putre-
dinē atq; vermē. et qui creatoris
munere omnibꝫ corporalibꝰ fui-
mus prelati. nostra ꝑuersitate su
mus omnibꝰ subiecti. fcti ꝯfusi-
onis filij. ignorantes ⁊ tenebrosi
sub peccato venūdati. natura ire
filij. dei inimici. mancipia dya-
boli. cibus inferni. vita indigni.
morte duplici tp̄ali ⁊ ꝑpetua cō-
demnati. Ecce qualibus. q̄ztum
donatū donum? L Sz li-
bet animaduertere quō. quo ue
fine tam miseris ⁊ indignis. na-
tus est et datus. tam excelsus et
sublimis. Dant̄ vasa aurea ⁊ ar-
gentea ac suppellex ꝑciosa vt ma
neant. seruent̄ ⁊ exornentur. Da
tur cibus non quidem vt mane-
at. sz vt imelius cōuertat̄ in sub
stantiam viuentis qd̄ nutritur.
Datur vestimētum quod vsu cō
sumitur. et quo plus vtimur tā-
to plus vtentis vtilitati subtra-
hitur. Sed longe aliter. noster
paruulus nobis datur. Man-
sit quidē apud patrem qd̄ erat.
assumpsit quod non erat. vt fre-
quenter loquitur Augꝰ. Assum
psit autem non maius se nec si-
mile. sed valde inferiꝰ. valde dis
simile. valde autem nobis neces-
sarium et vtile. Ecce enim hac sa
cratissima natiuitate. qua nobis
vnigenitus patris datur. Eter-
nus factus est temporalis. dierū
antiquꝰ factus est puer diei vni
us. Fit creatura creator omniū.
filius paupcule mulieris filius
summi regis. Dominꝰ omnium
fit minister conseruorū. Fit om̄i
potens deficiens. Qui om̄ia vir
tutis sue verbo portat. portan-
te indiget. Qui pascit vniuersa.
matris lambit vbera. Qui solem
vestit lumine. ⁊ celum sideribus
pannis inuoluitur vilibus. Qui
habitationem preparauit ange-
lis in celo. hominibus in paradi
so. viuētibꝰ in elemētari loco. re-
clinatur in ꝑsepio. Fit sapientia
infans. doctor angelorū regimī
subijcit̄ hoīm. Rector vniuersi-
tatis. imperio subditur Joseph
atq; matris. infallibilis cogni-

tor inuisibilium. ministerio corporaliū vtitur sensuum. Speculum sine macula paterne claritatis. velut obscurus et incognitus nascitur in stabulo mutus et elinguis. Qui sua bōitate replet oia beneficijs. beneficia expectat virginis matris. Gaudiū angelorū dat vagitus lacrimarū. Seipso eternaliter beatus. nostre miserie subijcitur. In quo omia viuūt. mortalis efficit. impassibilis patitur. sanitas omniuz infirmat. Quid plura? fit infirmus summus. quia hō deus. M Si dicis quō summus ex eo factus est infimus. quia deus homo factus. cū homo sit dignissima creaturaruz maxime corporalium? Sed ad hec dicendū. licz ita sit de homine in statu innocētie. secus tamē est de homine peccatore. Quoniam si per accessum ad deum velut ad dignissimū. estimari debet rerū dignitas. et indignitas per recessum. quid indignius peccatore? Unde audacter pronuncio. peccator in eo qd peccator indignissimus creaturarū est. Est enim ppe nihil. Nam si peccatum nihil est. dicente Johe sine ipso factum est nihil. i. peccatum. sm magistrū. Nonne sicut albedo facit albū suū subiectū. Ita petm̄ ad nihilū redigit peccatorē. Q si iterum dixeris. Nō assumpsit xbū naturā peccatricē sz mūdā sz inocentē. Dicēdū. verum est. neqz decebat fonti puritatis tantā impuritatez. nec luci tenebras misceri. Peccatum igitur nō fecit. nec inuentus est dolus in ore eius. i. Pet. 2. Assumpsit tm̄ naturā in similitudinem carnis peccati. Ro. 8. Naturaz scz ade. nō quidē vt fuit in statu innocētie sed vt erat post lapsum penalitatibus ac defectibus subiecta. Hoc vult aplus ad Hebre. 4. Temptatū per omnia p similitudiē absqz peccato. Quid eni nō passus est christus? Ecce circūcidit. et legali hostia mundat vt peccator. perfert fraudes temptatoris fugit psequētū lapides famē patitur. dormit et tristat. laborat et fatigatur. cōprehēdit et damnat. crucifigit. moritur. sepelit. Hec omia patitur velut peccator nihil cōmune habēs cū petō. Huic rn̄det figura enei serpentis Nu. 21. In q silitudo videbat serpētis absqz veneno. ita in xpo similitudo carnis peccati id est carnis passibilis absqz peccato. Joh. 3. Et sicut moyses exaltauit serpentem in heremo. ita exaltari oportet filiū hominis.

☞ N Quid si ostenderem christū nō solū hominē talē qualis dictus est natū. sed etiam nouissimū oīm et vilissimū reputatū. Accipe in hoc qd Isaias testatur ca. 53. Uidimus eū. et nō erat aspectus. et desiderauimus eum despectū et nouissimū virorū. Unde nec reputauimus eum etc. Hinc alius ppheta in psona

dñi. Ego inquit sum vermis et nõ homo. opprobriũ hoim. et abiectio plebis. Et Grego. 3. moraliũ. christũ damnati homis formã assumpsisse asserit. quia corpus assumpsit passibile q̃ penas damnato homi debitas tolerauit. Hinc exclamat beat⁹ Ans. O miranda. O amanda dignatio. Deus imense glorie. vermis cõtemptibilis fieri nõ despexisti Dñs omniũ. cõseru⁹ seruoꝝ apparere voluisti. Parũ tibi visuz est patrẽ nobis te esse. etiam dñe frater noster eẽ dignat⁹ es. Frater vtiqꝫ et pnceps nr̃e tribulationis. Sicut apl's ait ad Heb. 2. ca. Debuit p omia fratrib⁹ assimilari vt repropiciaret dlictã populi. In eo enim in quo passus ẽ ipe. et temptatus. potens est et eis qui temptanť auxiliari. Ita per omia fratrib⁹ assimilari voluit. vt nec peccati penam sustinere recusaret. vnde scriptura teste. qui nõ est factus homo peccatoꝝ. fieri voluit p homine peccatũ. Unde. 2. Coꝝ. 5. Apl'us ait. Eum qui nõ nouerat peccatũ. fecit deus p nobis peccatũ. Et ad Ro. 8. De pctõ damnauit peccatum. Et q̃d indigni⁹: peccatoꝝ an peccatũ? certũ est ẽm phi regulaz. q pctm̃. qm̃ ppť qd vnũ qdqꝫ tale et ipm magis. Pcti ergo indignitatem dum latet pena debita declarat. sicut suspendium. furtum ppter qd pene opprobrium et despectus. nonnũqꝫ magis q̃ pcti vilitas estimať. hoc est q̃ q deus pater fecit xpm p nobis pctm̃. q̃ tñ peccatũ nõ nouit. qui fecit eũ hostiã p peccato nr̃o. pcti nr̃i preciũ. peccati expiationez. dũ vt penã peccato nr̃o debitã soluendo peccatũ nostrũ deleret. misit illum. vt sic de peccato. i. pena p pctõ satisfactoria. damnaret id est religaret seu deleret pctm̃ nostrũ. Attende et intellige nunc summũ factũ infimũ. qꝛ deus factus est hõ passibilis ac mortaľ. Homo despectissim⁹ ac ꝯfusus. et velut iniquissim⁹ peccatoꝝ. in penis p nr̃is peccatis attritus. et morte opprobriosissima p damnatis inter latrones publice condemnatus. Eya homo tanto dono exaltate et redempte. si minus te mouit doni inestimabilis magnitudo. saltem modum donandi aspicito et expauesce.

☞ O Si queris. quo fine quã vtilitate. quo fructu. tantũ ac taliter summa illa maiestas se exinaniuit? Certe ea nostra maxima vtilitate. vt vniũsam nr̃az miseriã quã assumpsit. a nob lõge faceret. ac sua que nõ deseruit nobis daret. Heb. 2. ca. Per singula que passus est potens eis que talia paciuntur auxiliari etc. Faceret inquã nos d terrenis celestes. de seruis reges. de corruptibilibus impassibiles. de mortalibus eternos. de miseris beatos. de hominibus deos. Hinc beatus Hieroni. in sermone hu-

ius festi. Deꝰ inq̄t factꝰ est hō vt
hō deꝰ fieret. Formā serui dn̄s
accepit vt seruū verteret in dn̄m
Celoꝝ habitator ⁊ cōditor hītat
ī terrꝫ. vt hō colonꝰ terre. migret
ad celos. Locum videlicꝫ eterne
btitudinis. Si pergis q̄rere.
Et quō eternꝰ dei filiꝰ. tp̄ali sua
natiuitate q̄ hō factꝰ est. tāta no
bis sua bona tribuit? Duplici ꝟ
via egit. Et q꞉ ī assumpta carne
deo p̄ri ꝓ pctō dānatiōis generꝫ
hūani satisfaciēs. cyrographum
decreti qđ aduersuꝫ nos erat de
leuit. ⁊ ip̄m de medio tulit. Col.
2. Clausum p̄adisum apuit. bti-
tudis locū restituit. ⁊ oīa impedi
mēta amouit. Sicqꝫ eripuit nos
de ptāte tenebraꝝ ⁊ trāstulit ī re-
gnū dilectionis sue. dignos nos
faciēs sortis sctōꝝ. in q̄ habemꝰ
redēptionē ⁊ remissionē pctōꝝ.
Si tn̄ in fide fūdati. stabiles ꝑ
mā serimꝰ. ⁊ imobiles a spe euan
gelij qđ p̄dicatū ē in om̄i creatu-
ra. vt dic apl's ad Col. j. ¶
Scđo vt sua ꝯuersatione ⁊ do-
ctrina q̄ in terris natꝰ ē ⁊ int ho-
mines cōuersatꝰ nos ꝑparet ad
recupāte salutis ꝯsecutionē. Ad
hanc eni vt statim dictum est re-
quirit vt in fide fundati. carita-
te feruidi. spe imobiles. sataga-
mus ꝑ bona opera nostrā voca-
tionem ⁊ electionē certam facere
vt dicit beatꝰ Petrꝰ. Sic enim
abundāter ministrabit nobis in
troitus in eternū regnū dn̄i no-
stri. 2. Pet. j. Nihil vero cogita
ri poterit. quo ita fides n̄ra ro-
boraret. erigeret spes. caritas ac
cenderet. ac virtuose cōuersatio
nis vita formaret. et visibili exē-
plo dirigeret. sicut ꝑ tam gratio
sam christi incarnationē. natiui-
tatē. atqꝫ talē inter hoīes ꝯuersa
tionem. Siquidē nihil dubi
tatiōis in altissimis fidei nostre
misterijs reliquit. postq̄ȝ illā non
modo angelus. nō ꝓpha. nō apo
stolus. aut quelibet alia creatu-
ra. quā vniuersam vanitati sbie-
ctam fore Apl's testat Ro. 8. sed
verbum dei. sapientia patris. ve
ritas infallibilis et eterna. in car
ne apparēs. ore diuino ꝑdocuit
ac potestate qua cūcta creauerat
miraculis ⁊ ꝓdigijs soli deo pos
sibilibus demonstrauit. De hoc
beatꝰ Augꝰ. 11. de ciuitate dei. c.
2. ait. Ut homo fidentiꝰ ad ve-
ritatem ambularet. ipsa veritas
dei scꝫ filius. humanā naturam
assumpsit. ⁊ in ea fidem cōstituit
et fundauit. Quid deniqꝫ mē
tes nostras tante ad superna eri
git. et ab immortalitatis despe-
ratione liberat. q̄ꝫ ꝙ tantos fecit
nos deus. vt dei filius immuta-
biliter bonus. manens id quod
erat et a nobis accipiens qđ non
erat. nostrum dignatus est inire
ꝯsortiū. verā carnem assumendo
ait Augꝰ. 13. de trini. Et wilhel
mus in de fide et legi. Spes ꝯse
curiōis venie. collatiōis grē. a de-
ptiōis glīe. et alio tam firma gē-
nerati nō pōt. sic et noticia certā

magnitudis misericordie dei. quã potissime nobiscũ fecit. et eciã nobis ostendit. cũ puritatẽ nr̃am. humanã scz naturã sue imensitati vniuit. ipam assumendo in vnitatem psone vt esset hõ et frater noster. Nulla vtiq3 via magis suaderi potuit cõmunitati hũani generis q3 deus sue nos glĩe vellet hr̃e participes et consortes. q3 per h q ipse miserie nr̃e iniit consortiũ. et ppt nos voluit misere et penaliter viuere. ac p pctis nr̃is satisfacere. vt nos possem9 cũ eo beate viuere. Q

Silr̃ qm̃ bñficia dei attente meditata fomẽta sunt diuine dilectionis. maxie dei bñficia q̃ in filij sui incarnatiõe. ex nimia caritate exhibuit. vehemẽti9 dilectionẽ accẽdũt. Siquidẽ ppter nimiã caritatem qua dilexit nos pater misericordiarum de9. misit filiũ suũ in hũc mundũ. vt eũ i nr̃a substãtia similem nobis haberemus. quẽ nobis dissilẽz i sua substãtia nesciebam9. vt cũ haberemus doctorẽ in doctrina superna ne erraremus in terrena. et sic haberem9 eũ nobiscũ viuentẽ i magistrũ. ita morientẽ in pciũ. et resurgentẽ ac ascẽdentẽ in premiũ. Hinc etiã Aug9. in de Cate. ru. dicit. Que maior est causa aduẽtus dñi. nisi vt de9 ostẽderet dilectionẽ suã corã nob? Si g̃ piguit amare. saltẽ nõ pigeat redamare eũ qui prior dilexit nos.

Demũ sua conuersatõe in terris sanctissima vtiq3 et pfectissima. exemplar toti9 virtutis nobis pstitit. et speculũ clarissimũ omniũ nr̃arum actionũ directiuũ. Fuit nãq3 conuersatio ei9 omniũ hũillima mitissima. cautissima. iustissima fortissima. tpatissima. vtpote vbo et ope docẽs terrena despicere. et celestia adamare. Hinc iterũ Aug9. in ser. hui9 festi. ait. Hõ videri poterat qui sequẽdus nõ erat. De9 sequẽdus erat q̃ videri nõ poterat. vt g̃ homini exhiberetur q̃ ab eo videret. et quẽ secure sequeretur. deus hõ factus est. ☞ R Ecce patuit breuiter licet valde insufficiẽter q̃ntũ nob immerit3 donũ pr̃ misericordiarum et de9 totius consolationis hodierna filij sui dei in secl'a bñdictus natiuitate cõtulit. quod preuidẽs ppha vir fm cor dñi sic bñdicẽdo et pphetizãdo cecinit in psalmi canticis. Bñdict9 qui venit in noie dñi. de9 dñs et illuxit nobis. Cui cũ donante prẽ ac spũsctõ et nos grãs pferamus et laudes p secula immortales. Cũ quibus viuit et regnat de9 semp et in eternum benedictus Amen.

Alia cõclusio smonis

☞ Ecce carissimi quõ oĩa nobis bona et necessaria ipe nob cõtulit. nõ q̃dẽ p aliũ. sed p seipm. Indigni eram9. pductõe vt essemus. repatiõe cũ lapsi fueram9. eruditiõe ne p errorẽ et ignorãtiã vie nõ pueniremus. btificatore vt premia eterna reciperemus. Hec oĩa p vbũ carnẽ factũ accepim9.

Ipse nobis est creator. q2 oĩa ꝑ ipm facta sũt. Joh. j. Voluntarie genuit nos vt sim⁹ iniciũ aliq̃d creature ei⁹. Jaco. j. c. Ipe nob ẽ redẽptor Jesus xp̃c factus est nob a deo sapiẽtia ⁊ iusticia et sctificatio ⁊ redẽptio. j. Cor. j.

Ipse nobis est mgr̃ ⁊ informator. Mgr̃ vester vnus est christ⁹ Matth. 23. Ego sum via ꝟitas et vita. Joh. 14. Vos vocatꝫ me mgr̃ ⁊ dñe ⁊c̃. Joh. 13. Ipe nobis est btitudo ⁊ p̃miator. Precinget se ⁊ transiens ministrabit eis. Luc̃. 12. Ibi erit oĩa in oĩb⁹. j. Cor. 15. Vitã eternaꝫ do eis. ouib⁹ scꝫ suis. Joh. 10.

Introductio p̃cedentĩ sermonis de eodem.

Benedictus qui venit in noĩe dñi de⁹ dñs vbi. s. Ps̃. 117. Q̃nis in noĩe dñi dei sup oĩa bñdicti venire nõ põt nisi bñdictus. (Siq̃dem bñdicti p̃riarche. bñdicti ꝓph̃e. bñdict⁹ pp̃lus dñi. bñdict⁹ tandẽ vir oĩs q̃ cõfidit i dño. vt Hiere. ait. 17.) Super oẽs tñ ille bñdict⁹ ẽ. q̃ ita veñt in noĩe dñi vt sit ⁊ ipe dñs de⁹. q̃m et si a bono venire nõ põt nisi bonum. dicẽte dño. Nõ põt arbor bona ma. fru. fa. Matth. 7. Et si radix sctã ⁊ rami Ro. 11. Sĩl'r a bñdicto i noĩe bñdicti veire nõ põt nisi bñ dict⁹. Multo magis illũ necesse ẽ esse bñdictuꝫ. q̃ ita a bñdicto ꝓcedit. vt tñ ab eo ñ recedat. qui ita visitat suos. vt nõ min⁹ maneat ⁊ ipe dñs atq̃ de⁹. Talis est nat⁹ nob saluator xp̃c dñs i ciuitate dauid. Hic venit in noĩe dñi patris eterni saluare pctõres. sed nõ recessit a p̃re. formã serui assumpsit. ⁊ formaꝫ dei nõ amisit. q2 ita ꝟbũ caro factũ est. vt facta sit caro ꝟbũ. dũ audis caro. hoĩem cogitato. vis audire q2 venit i noĩe p̃ris. Ego inquit veni in noĩe p̃ris mei. et non accipitis me. veniet alius in noĩe suo ⁊ hũc accipietis. Joh. 5. Itẽ nõ veni facere voluntatẽ meã. sꝫ eius qui misit me p̃ris. eiusdẽ. 6. Q2 aũt in forma ꝟui venit. testat apl̃us ad Phil'. 2. Exinaniuit semetipm formam serui accipiẽs. Q2 ꝟo formã dei in q̃ fuerat nõ deposuit sed in p̃re mãsit. ⁊ in eo pater. ipm ausculta cũ inq̃t. Qui misit me mecũ est. et nõ reliq̃t me solũ. Joh. 8. et c. 16. Nõ sum solus. q2 pater mecũ ẽ. et ad Phil'. Non credis q2 ego in patre. ⁊ p̃r in me est. Joh. 14. In patre est. ⁊ in eo pater ꝑ circũincessionẽ. hoc est ꝯsubstãtialitatẽ. Quorũ aũt eadem est diuinitatis substãtia. eadem est benedictio honor et gloria. Quã ꝓpheta dñi ꝓnunciare cupiẽs futuris seculis ait. bñdictus qui venit in noĩe ⁊c̃. Aue maria. Cõtinuet p̃dicator si placet residuũ ſmonis p̃cedẽtis. si quid ꝓpter ei⁹ ꝓlixitatem sup fuit. Ob hoc enim hec introductio apposita est.

Sermo. III. de natiuitate domini in ordine. VII.

Ra̅seam⁹ vsq₃ bethleē et videamus hoc verbū qđ factū est. Lu. 2. ☞ A Tempus est loquēdi omī carni. dū incarnatū verbū illibata natiuitate pdijt in hūc mundū. A laudibus neq₃ hūana cesset mortalitas. cū ipa soli imortali ꝛ summe vnita nature. ex virginali aula pcedēs. hodie nascit puulus itpe. cui⁹ magnitudinis nō est finis i eternitate. Qui nāq₃ delectatio est ꝛ glia angeloꝝ. factus est hodie salus ꝛ ꝯsolatio miseroꝝ ait Bern. ser đ vigi. q̇ icipit. hodiernū siq̇dē. Et seq̇t. Qui i ciuitate sua magn⁹ ꝛ sblimis valde. btificat ciues. ipe in exilio pu⁹ et hūil valde letificat exules. ꝛ q̇ i altissimis ē glia pris. factus ē in terra pax hoib₉ bo. vo. Fons clausus in diuitate. fons patēs fact⁹ ē in hodierna natiuitate. Siq̇dem Paulo teste. Appuit hodie benignitas ꝛ hūanitas saluatoꝝ nrī dei. qm̄ et si potētia ei⁹ appuit in reꝝ creatiōe sapia i coꝝūdē gubernatiōe. s₃ benignitas mie marie apparuit i hodierna natiuitate. Hac eni nō ex opib⁹ iusticie q̄ fecim⁹ nos. sed ſm suā misicordiā nos saluos fecit. ad Titū. 3. Prius autē q̄m appuit hūanitas ait Ber. Latebat benignitas. Siquidē ꝛ pri⁹ erat. nā misicordia dn̄i ab eterno. S₃ vn̄ tāta cognosci potuit. Hic aūt cognita ē. q̇z cū veīt plenitudo tpis misit de⁹ filiū suū. ꝟbū₃ qđ erat a pncipio factū ex muliere. factū sb lege. vt eos q̇ sb lege erāt redimeret. vere patens ꝛ iesfabilis miscđia vbi a maiestate assumit liberādi miseria. Magna benignitas vbi ad saluandū mūdū magn⁹ descēdit medic⁹. sic Aug⁹. s. 60. đ verbis euan. ait. Egrotat hūanū genus nō morbis corpis s₃ pctis. Jacet toto traꝫ orbe ab oriēte vsq₃ ad occidentē grādis egrot⁹. Ad sanādū grandē egrotū descēdit oīpotēs medic⁹. humiliauit se vsq₃ ad mortalē carnē. tāq₃ vsq₃ ad lectū egrotātꝭ. hui⁹ medici atq₃ fōtis effluētē. patēteq₃ miscđia₃ videtes spūs angelici. i sblimitate empirrei celi se ꝯtinere nō valentes ad iferiora descēdert. copioso lumie. noctꝭ fugatis tenebris. cū exultatiōe gaudiū magnū reparādis euāgelizarūt. gliam q̇₃ deo i altissimis. iocūdis vocibus decātarūt. ꝛ pacē terrꝭ restituta₃ p ꝟbū qđ factū ē in bethleē nūciarūt. Eya q̇s det nob pedes affectionū rectos. q̄les i Ezech. ca. j. scā aīalia habuisse đscribūt ad ambulādū in bethleē. Quis det vt oīa mēbra nr̄a i oculos ꝯtant. fidei. ac deuote meditationis vt pleni ocl'is an̄ ꝛ retro. int⁹ ꝛ in circūitu videre mereamur Hoc ꝟbū carnē factū. hodie nob a pr̄e datū. hodie nob ex ꝟgine natū.



Hui⁹ figura q̄nq; i rubo ardēti nec tñ ꝯsūpto flāmas cuiꝛtēti ſʒ nō cōburēti moyſi famlo dei apparuit ⁊ accenſus deſiderio ait. Uadā ⁊ videbo viſionē hāc magnā ⁊ ꝓhibit⁹ eſt ne vltra ꝓgeret Hodie appͥuit ꝟitas tūc ſignata q꞉ diuinū partū ꝟgo edidit. nec doloꝛē ſenſit. nec itegritatē amiſit. Mirabile dictu puerpā ꝟgo ⁊ ad hāc vidēdā inuitamur. Jnuenietꝭ inq̄t angel⁹ paſtoꝛib⁹ infantē pānis inolutū ⁊ poſitū i pſepio Quib⁹ incitati ꝟbis. Trāſeam⁹ inquit vſq; i bethleē. ⁊ vi. h̄ ver. q. f. eſt qd̄ dn̄s oñdit nob. Tranſeam⁹ ⁊ nos. ſeq̄mur primitiuos nr̄os duces i bethleē. inueniem⁹ ibi ꝟbigenā. mariā matrē itactā ꝟginē puerperā. hui⁹ ꝟbi fideliſſimā diſpēſatricē. in q̄ ꝟbū h̄ fcm̄ eſt. carnis ſue aſſūptiōe nouo oꝛdie. ac p eā genitū noua natiuitate. Ad cui⁹ pedes prouoluti ipm̄ ꝟbū nob donari rogem⁹ ſalutatiōe angelica dicēte. Aue maria.

B Trāſeam⁹ vſq; bethleē. ⁊c.

De h̄ ꝟbo q̄tū ad eternā genitura q̄ ꝟbi nomē ſine inicio accepit pauca q̄tū dn̄s dare dignat⁹ eſt. vtcūq; balbuciēdo locutū memeroꝛ. placeat nūc d̄ tpali h⁹ genitura planioꝛa audire. i q̄ doctioꝛes nccē eſt ſimplicioꝛib⁹ ꝯdeſcēdāt audiēdo hiſtoꝛialia. ſic et patient illi ſuffert tū tractari ꝯtīgit ꝓfūdioꝛa. Nec tñ adeo h̄ ſūt humilia. vt altiſſima nō exercere ſufficiāt ingenia. q̄m teſte aplo. qd̄ ſtultū eſt dei. ſapiēti⁹ ē hoīb⁹ ⁊ qd̄ ifirmū ē dei foꝛti⁹ ē hoibus j. Coꝛ. j. Manuducimur ad h̄ angelica viſiōe. q̄ iacob in ſcala. cui⁹ dn̄m ſūmitati viderat innixū nedū aſcēdētes. ſʒ ⁊ deſcēdentes angelos vidit. Prio itaq; dn̄ice natiuitatꝭ ꝓſeq̄mur hiſtoriā q̄ trāſeūtes i bethleē oclīs fidei videam⁹ ꝟbū noua natitate fcm̄. Deinde eādē ad nr̄az īſtructiōem tropologicā cōtractem⁹. Siq̄dē ſm̄ Grego. omel. ii. ſup Ezech. doctrinā. ꝑdicatoꝛ p⁹ ad fidē. poſtea ad moꝛ. viā trahat. Itē omel. 2. ſup ezech. pri⁹ hiſtoꝛie radicē figat ⁊ poſt fruct⁹ ſpiritus per ſigna ⁊ allegoꝛias querat. ideo primo tractabit̄ hiſtoꝛia deinde addet̄ moꝛū doctrīa. Q̄tū ad ꝑmū ita euāgeliſta xp̄i natiuitatē deſcribit. q̄tin⁹ ad fidei firmitatē ea obſuet q̄ aſſolēt in tabul ꝯtractuū obſuari. hinc ait Amb. ſup lucā. in deſcriptōe euāgelica. habes oīa q̄ i cōtractibus eē ꝯſucuerīt. vocabulū. ſūmā illic poteſtatē gerentis. diē. locū. cauſam. teſtes. Ait itaq;. (Exijt edictum a ceſare auguſto vt deſcriberetur vniuerſus oꝛbis) Ecce nomē frēni ꝑncipis. ac tempus deſcꝑtiōis. ſub q̄ naſci dignatuſ eſt xp̄c. Autoꝛ pacꝭ. tpe pacꝭ generalis. in hūc mūdū veīre voluit. Congruū ſiquidē erat. q̄ xp̄c ꝑnceps pacis. oꝛtui ſuo q̄ſi ꝑnūciaꝫ pacē ꝑmitteret. q̄ ad pacē hūano generi cū deo ⁊ angelis reſtaurā-

dñ. in pmo parēte amissam. nasci
voluit in hūc mūdū. Cōplacuit
inquit Apl'us per ipm recōcilia-
ri. oīa i ipo pacificās siue q̄ in ter
ris siue q̄ in celis sunt. ad Col'. j.
Hanc deniq̄ pacē postq̄ nat⁹ est
docuit. ɔuersando tenuit. atq̄ d̄
mūdo exiens suis dilectoribus.
dereliq̄t. Pacē meā inq̄t do vo-
bis. pacē relinq̄ vobis. Joh. 14.
Sc deniq̄ pacis tpe venturū. per
seruos suos ꝓphas longe añ pfa
tus est. Hinc dauid ait. Orieť i
dieb⁹ eius iusticia. et abundātia
pacis. Ps̄. 70. Hic Isa. ait. Cō
flabūt gladios suos i vomeres. ⁊
lanceas suas in falces. Nō leua-
bit gens cōtra gentē gladiū. nec
exercebunť vltra ad plium. eiusdē.
2. et Michee. 4. Et iterū i pa
ce factus est loc⁹ ei⁹. ⁊ habitatio
ei⁹ in syon. Ps̄. 75. Itē Isa. cū
dixerat. Egredieť virga de radi
ce iesse ⁊c. addidit. Habitabit lu-
pus cū agno ⁊ pdus cū hedo ac-
cubabit. Vitul⁹ et leo et ouis sil'
morabunť. ⁊ puer puul⁹ minabit
eos ⁊c. q̄ sequunť. q̄ expositōez
relinquere breuitas hore cogit.
Nullū aūt potuit eē mai⁹ indiciū
pacꝫ. q̄ vna desc̄ptiōe totū mun-
dū ɔcludi. Octauian⁹ enī augu
stus. postq̄ romano subiugauerat
mūdū ipio. 42. ṗncipat⁹ sui āno
vniūsum mūdū describi iusserat
vt sciret q̄t ꝓuincie. q̄t citates q̄t
psone. q̄tin⁹ sic respublica meli-
us regereť. ⁊ pax adq̄sita ɔſuare
tur Hic morale documētū accipi
m⁹. q̄ ꝟbū pr̄is eternū. nō nasciť
nisi i corde pacato singl'oꝝ. q̄ nō
nisi pacꝫ tpe. bn̄ coliť pacꝫ autor.
Vez hec desc̄ptio tpe natiuita
tis xp̄i nō vacat a misterio. quid
enī pfessio seclariū ad natiuita-
tē dn̄i ptineret ait Amb. nisi vt
aduertam⁹ h̄ q̄ꝫ diuinū eē miste-
riū. q̄ dū pfessio secularꝫ obten
diť. spūalis impleť. nō terrarū
regi dicēda. sꝫ celi. pfessio ista fi
dei cēsus aīoꝝ ē. Abolito enī sy-
nagoge cēsu vetusto. nou⁹ cēsus
eccl'ie pabať. q̄ tormēta nō exige
ret sꝫ auferret. et spūaliť in typo
plebs sua. iā xp̄o noīa ɔferebat.
Nihil in h̄ cēsu vereat terribile.
nihil imite. nihil triste. solū vnū-
queq̄ fides signat. Vis xp̄i au-
dire cēsores. Jubenť icedere sine
virgis nec terrore sꝫ gr̄a plebē q̄-
rere. recōdere gladiū. nō posside
re aurū. talib⁹ cēsorib⁹ adq̄sit⁹ ē
orbis. In hac desc̄ptione nulla
etas distinguiť. sed oīs ascribiť.
nullus enī ab h̄ imunis ē cēsu. q̄
oīs etas munifica xp̄o ē. que va-
giētes pueri martyrio confitenť.
que intra vterū positi exultatiōe
testanť hec Amb. et be. Grego. i
omel'. Quid est inq̄t q̄ nascitu-
ro dn̄o mūdus d̄scribiť. nisi q̄ h̄
apte mōstrať. q̄ ille veniebat in
carne q̄ electos suos ascriberet in
eternitate. ☞ D (Hec de-
scriptio prima facta est a preside
syrie cyrino.) Ecce habes nomē
psidis q̄si cōsulis sub quo nasci-
tur christus (Et ibant oēs vt p-

fiterent in suã ciuitatem. Hec eni descriptio pcepta fuit fieri i pn-cipalib9 ciuitatibus. et ibi cõue-niebãt qui inde originẽ habuere Profitebant autẽ dupliciter. se esse romano sbiectos impio scri-pto scz. qr eorũ noĩa scribebant. et facto qr exoluebãt censum impa-tori. Hac de causa (Ascẽdit et io-seph a galilea de ciuitate naza-reth. in iudeã in ciuitatẽ dauid. que vocabat bethleẽ) de hac eni dauid oriũdus fuit. vt habet. j. Reg. 16. ideo ciuitas dauid ap-pellat. (Eo q esset d domo et fa-milia dauid. vt pfiteret cum ma-ria despõsata sibi vxore pregnan-te.) Despõsata quidẽ sibi. sz nõ in ɔcupiscẽtia iũcta. vt ait Ori-ge. qđ eni in ea natũ est. nõ de io-seph semie sz d spũ sctõ ẽ. angelo teste. Matth. j. Et licz virgo bea-tissima nõ fuisset obligata tanq̃ pregnãs illo ire ppt vie longitu-dinẽ. tñ ioseph sic solicitã ipius gerebat custodiã. q postq̃ eã ius-su angeli diuinum ɔceptũ nunci-antis i sua custodia suscepit. nec ab ea ad modicũ discedere volu-it. iõ eã secũ duxit. ac psonalit et obsequiose custodiuit. Qđ et di-uina dispẽsatõe factũ ẽ. vt pphe-cia ipleret quaz Micheas ca. 5. pdixit. Et tu bethleẽ effrata (sic eni etiã dicta ẽ alio nomie. vt hr Gen. 35.) puulus es scz loc9. sz in mlib9 iuda cõputaris respectu ppli tñ i dignitate et mltitudine qr inde fuit trib9 regia. Et qr ci-

uitatis nobilitas magis ɔsistit i po-pulo q̃ spacio. Iõ Matth. c. 2. allegauit illã auctem sic. Bethle-em terra iuda. neq̃ minima es in pncipib9 iuda. Seqt. Ex te eni egrediet q sit dñator i isrl. i. mes-sias fili9 dauid. glo. Ra. sa. Et q̃tum ad ei9 diuinitatẽ seqt. Et egressus eius. i. emanatio ab ini-cio. i. a pre q ẽ pncipiũ filij. a die-bus eternitatis. qr h emanatio e-terna ẽ. Semp eni nascit fili9 a pre. et sp nat9 ẽ. vt ait mgr dis. 9. pmi. ecce locũ natiuitatis et cãm p-pter quã in eũ ascẽderit ioseph et maria. E (Factũ ẽ at cũ eẽnt ibi. ipleti sũt dies vt pareret) scz nouẽ mẽses a ɔceptiõe. Et pepit filiũ suũ primogenitũ. imo prem suũ. suũ atq3 oĩm creatorẽ. qr pe-perit vbũ qđ i pncipio erat deus apud deũ. p qđ facta sũt oĩa. cuz vtiq3 q ẽ splẽdor prĩs glie. et figu-ra sube ei9. portãs oĩa vbo vtutis sue. ad Heb. j. Qui ẽ imago dei iuisibil. pmogenit9 oĩs creature qr in ipo ɔdita sũt vniũsa i celis et i terra. visibilia et iuisibilia. siue throni. siue dñatões. siue ptãtes oĩa i ipo et p ipm creata sũt. et ipse est añ oẽs. et oĩa i ipo ɔstãt i q cõ-placuit oẽm plenitudinẽ diuita-tis corpalit inhitare. ad Col. j. Hũc g filiũ dei pepit. q partu fa-ct9 est fili9 hoĩs. nõ ali9 fili9 prĩs atq3 ali9 fili9 mrĩs. sed vn9 idẽq3 genit9 ex patre ante secula. et ge-nit9 ex matre i seculo. idẽ vtriusq3 filius. sz nõ fm eandẽ naturã.

nec vnā natiuitatē. Sic pulcre
attestat᷑ beat⁹ Aug⁹. li. de fide
ad petrū dicēs. Nat⁹ ē de patre
deus verbū. nat⁹ est ď matre ver
bum caro factū. vn⁹ est atqꝫ idē
deus dei fili⁹. natus añ secula. ꝛ
nat⁹ in secl'o. ꝛ vtraqꝫ natiuitas
vni⁹ filij dei est. Diuina ꝑm quā
creator in forma dei coetern⁹ pa
tri deus est. Humana ꝑm quā se
metip̄m exinaniēs. ꝛ formā serui
accipiēs. in ꝯceptiōe materni vte
ri. semetip̄m dū homo fieret. ea-
dem seruilis forme susceptōe for
mauit. Et sequit᷑. Sic ille oīm
spirituū. oīmqꝫ corporum. i. oīm
naturarū creator et dn̄s creauit
virginē creandus ex virgine. Et
cui⁹ ip̄e factor est. matrem sibi fe
cit. qn̄ de eius carne ꝯcipiendus
atqꝫ pariēdus. verā materiā de⁹
immensus ac sempitern⁹ accepit.
vt ꝛ ꝑm veritatē forme seruilis
deus hō misericorditer fieret. et
ꝑm formā dei naturalit᷑ veritate
idē de⁹ hō ꝑmanēs non careret.
Sic ergo xp̄m dei filiū. i. vnam
ex trinitate ꝑsonā. deū verū cre-
de. vt diuinitatē ei⁹ ď natura pa
tris natā esse nō dubites. ꝛ sic eū
verū hominē crede. vt ei⁹ carnē
nō celestis. nō aeree. nō alterius
cuiuscunqꝫ putes esse nature. sed
eius cui⁹ est oīm hoīm caro. quā
tn̄ sine peccato suscepit. ꝑm eā si-
ne pctō nat⁹. Et beatus Johēs
Dam̄. ad idē ait. Duas xp̄i nati
uitates veneramur. vnā ex patre
añ secl'a. q̄ est sup causam ꝛ ratio
nem ꝛ tp̄s ꝛ naturā. ꝛ vnā que in
vltimis tp̄ib⁹ facta est ꝓpt᷑ nos.
ꝑm nos. ꝛ supra nos. Propt᷑ nos
q꞉ ꝓpt᷑ nr̄am salitudinē. Scd̄m
nos. q꞉ natus est hō ex muliere. ꝛ
tp̄e ꝯceptiōis. i. nouē mensium.
Supra nos. q꞉ nō ex semine sed
ex spiritu scō. ꝛ ex sancta virgine
supra legē ꝯceptiōis. f Ec
ce qualē nob̄ filiū beatissima vir
go peperit. Cui⁹ excellentia nul-
la lingua etiā angelica pōt edice-
re. nō solū ꝑm illud qď de⁹ est. sꝫ
etiā ꝑm qď homo nat⁹ est ex vir-
gine. Sicut Aug⁹. vbi. s. testat᷑.
Quibus ait verbis explicabitur
carnis illi⁹ excellētia singularis.
cui⁹ diuina est ex ip̄a sui ꝯceptio
ne ꝑsona. cui⁹ origo natiuitatis
insolita. q̄ sic verbū caro factū ē
vt vna ꝑsona esset cum carne sua
vnigenit⁹ ac sempitern⁹. O ado
randa natiuitas. q̄ deus summ⁹
spūs inuisibilis in suis. in nostrꝫ
apparuit. corꝑalib⁹ vidēdus o-
culis. Sicut in prefatiōe canit᷑.
Quia ꝑ incarnati verbi misteri-
um ꝛc̄. O part⁹ saluific⁹. q̄ ꝑdi-
tam reparās naturā exaltauit. et
filios hoīm in dei filios repara-
uit. O sancta clarissima. castissi
ma ꝛ illibata generatio. q̄ hūane
generatiōis maculas abluit. ma
trisqꝫ integritatē nō minuit sꝫ sa
crauit. O beatissima hui⁹ mr̄is
viscera. que diuinū solē circūclu
dere. ꝛ ad illuminationē sedētiū
in tenebris ꝛ vmbra mortis. ede-
re meruerūt. O felix puerpera. q̄

nouo ordine suū genitorē genuit
qui se ⁊ vniuersum gen⁹ perditū
reparauit. O virgo ⁊ mater letissi
ma. que fecūditatem ꝓlis cū car
nis integritate. ⁊ gaudiū matrꝫ
cū ꝟginitatis honore possides ī
eternū. Neqꝫ enī sicut cetere ma/
tres cū gemitu et labore. sꝫ cū ro/
bore corpis ⁊ mētis. gaudio inef
fabili. gaudiū peperit angelorū.
In cui⁹ argumentū notāter euā
gelista subdit (⁊ pānis eū inuol/
uit. ⁊ reclinauit eum in ꝓsepio. qꝛ
nō erat ei locus ī ꝑ ali⁹ ī diuerso/
rio.) B Nō enī alias in ꝑtu
obsecundātes habuisse creditur
mulierculas. qb⁹ ꝓpt corpis sui
debilitationē cetere indigēt pu/
erpere. Sꝫ sic sola parientis. ita
⁊ sola obstetricis gessit officiuꝫ.
Sola ꝗ̄tū ad hoim ministeriū.
sꝫ nō angelorꝫ. q̄s dubitet affuis/
se angelorꝫ copiosam mltitudinē
in ꝑtu. cū tot apparuere pastori/
bus in ei⁹ publicatiōe. Hinc ca/
nit ecclesia. Gaude dei genitrix
quā circūstāt obstetricū vice cōci
nentes angeli gloriam deo. Ipsa
partū quē edidit priusꝗ̄ tāgeret
adorauit in ꝓfundo hūilitatis
abysso. genu flexo. proclina toto
corpe sup terrā. vt dic̄ Symō d
cassia li. 2. ca. 4. deinde letabun
da pariter ⁊ tremebūda suspenso ī
ammiratiōe aīo. ꝑegit nōdū ex/
perta oīe obsequiū noui part⁹.
Nam ꝓpriis sacratisꝗ̄ manib⁹
suscepit. ipsa pānis inuoluit. ipa
in ꝓsepio collocauit. sicut et ipsa

suis vberib⁹ de celo plenis lacta
uit. cibauit. baiulauit. et cetera
materne solicitudinis officia de
uotissime exhibuit et impendit.
Sic. Cōtra eluidium testatur.
Hiero. Nulla ibi obstetrix. nul
la muliercularū sedulitas iterces
sit. ipa pannis inuoluit infantē.
ipa ⁊ mater ⁊ obstetrix. Que sen
tētia apocriforꝫ deliramēta con/
uincit. ac falsitatē eorꝫ. q̄ in libro
quē d infantia saluatoris dicūt
somniant. Sꝫ ⁊ illorꝫ temerita/
tem. qui ꝯfingūt in momēto par
tus virginē in mentis excessu cō/
stitutā. atqꝫ a sensibus alienatā
filiꝫ egressum ignorasse. et tandē
ad se reūsa genitū filiū reppisse.
quasi imunūda fuisset diuini ger
minis editio. et virginali detra/
xisset pudicicie. si vl' egressuꝫ in/
tuita fuisset. ac suis manib⁹ su/
scepisset. Nō lōge ab hiis rudi/
bus. siue iudeis siue hereticis. q̄
dicūt deū nō debuisse in visceri/
bus mulieris ꝯcipi. nec ꝑ eā cor/
poris ꝑtem q̄ turpis reputat̄ na/
sci. q̄si de⁹ corꝑalibꝫ posset sordi
bus inq̄nari. de q̄bus be. Aug⁹.
in q̄dā sermone ait. Nō desunt
heretici. qui cū ipsi sunt immūdi
dicunt nō potuisse fieri ꝙ xp̄c de
maria nasceret̄. eo ꝙ illa ps cor/
poris turpis esse putet̄. Sꝫ fru/
stra ⁊ ruditer errant. Eo ꝙ ī nul
lo est ꝯtra dei dignitatē neqꝫ as/
sumptā humanitatē. in vtero fe
mine ꝯceptā. q̄ eiusdē speciei esse
dinoscit̄ cū hūanitate cuiuslibet

In tercia parte apl'us que dixerat auctoritatib⁹ ve. testamẽti confirmat. que q̃m fidelib⁹ clare sunt. illarum tractationem omitto. ☞ R Attenta autẽ tanta dignitatis maiestate filij. in quo locut⁹ est nobis pater saluatoris nostri. ex ꝟgine nati. audiamus exhortationem apl'i. ca. 2. huius epistole. quã subiungit dicẽs. Propterea abundantius oportet nos obseruare ea que audiuimus. scꝫ ab illo dicta et scripta in euãgelijs. Ne forte ꝑeffluamus. fluit homo per penam corporalẽ. 2. Regũ. 14. Quasi aque dilabimur in terrã que nõ reuertunt. Ulterius effluit ꝑ culpam. sed ꝑeffluit. i. ꝑfecte fluit per eternam damnationeꝫ. Sequitur. Si enĩ qui ꝑ angelos dictus est sermo. scꝫ in monte syna. factus est firmus. ꞇ omnis ꝑuaricatio ꞇ inobedientia accepit iustã mercedis retributionem. quõ nos effugiemus. si tantã neglexerimus salutem. Que cũ inicium accepisset enarrandi ꝑ dñm. ab eis qui audierunt in nos confirmata est cõtestante deo signis ꞇ virtutib⁹ ꞇ spũssancti distributionib⁹. ꝼm suam voluntatẽ. Nostrum ergo est attendere carissimi que locutus est per illum deus pater. Nã et ipse dicit. mea doctrina nõ est mea ꞇc. Joh. 7. Locutus est enĩ per illum factis et verbis. Cepit iesus facere et docere ait euangelista Lucas. Et omnis christi actio nostra est instructio. Sic in sua beatissima natiuitate tacens locutus est nobis. locutus inq̃m factorum approbatione. damnauit superbiã ꞇ vniuersa vicia. cõmendauit humilitatem. castitatem. paupertatem. castrimargiã. cum ceteris vt vicibus alijs est ꝑdicatum. Amen.

De natiuitate domini ꝼmo. V. subdiuisus in duos ꝼmones. in ordine. XI.

Erbum caro factum est et habitabit in nobis. et vi. &c. Joh. j. ☞ A Gloriosissima presentis dici solẽnitas. ineffabilibus gaudijs mũdum obruit vniuersum. dñice nanqȝ natiuitatis gaudia in seculum continere non valens. celesti nuncio terrigenis ea insinuãs. ad gloriã deo concinẽdam angelice milicie exercitus mentes carnalium hymnidicis plausibus prouocabant. Siquidẽ nato in bethleẽ dño ethereus archinuncius diuina claritate pastores in eadem regione noctis super gregem suum vigilias custodientes. circũfulsit ac territos dulciter ꝯsolãs ait Nolite timere. ecce enĩ annũcio vobis gaudiũ magnũ quod erit omni populo. quia natus est vobis hodie saluator qui ẽ christus dominus in ciuitate dauid Et subito facta est cũ angelo mlᵗitudo milicie cele. lau. deũ & di. Gloria in al. deo. et i ter. p. h. b. vo. Si igiẗ tanta mũdo gaudia tp̄alis virginei partus editio intulit. q̄ta beatꝫ ac celi ciuibus eterna eiusdẽ ꝟbi ex suba pr̄is genitura igerat q̄s estimabit? Hec enĩ tãto illa dignior. q̄to eṫnitate prior. Ista electos btificat. illa btitudini adipiscẽde p̄parat. ꝑ istã videẗ in pre ꝟbũ sicuti ẽ facialiẗ. ꝑ illam crediẗ qδ factũ est tp̄aliẗ. ꝑ eterne generatiõis visione se p̄bet fruendũ beatis in re. ꝑ tp̄alis generationis fidẽ mentibus innasciẗ fideliũ. se fruẽtibꝫ i spe. Sȝ vt beati fulgẽtij verbis vtar. q̄s de tam ineffabili digne loq̇ poterit ac sufficienter. Quis de quo? homo d̄ deo. mutabilis de imutabili. opus d̄ opifice. creatura de creatore. tp̄alis de eterno. plasmatꝰ de limo. de eo q̇ oĩa creauit ex nihilo. Cuius inenarrabilis est oipotentia. q̄ nos gratuita bonitate fecit. nec minꝰ tñ inenarrabilis gratia q̄ nos omĩpotentissima miseratione saluauit. Omnipotentiã dicimꝰ qua verbũ qδ in p̄ncipio erat & apud deũ erat et deus erat. fecit omne qδ nõ erat. Gratiã ꝟo q̄ ꝟbũ caro factũ. venit q̄rere & saluũ facere qδ ꝑierat. Oipotentiã q̄ fecit oẽm diẽ. grãm q̄ certo die dignatus ẽ ꝯcipi & certo die nasci i hoc die minoratus paulominꝰ ab angelis per gratiã factus est. qui ꝑ omnipotentiã coeternꝰ & coequalis deo pr̄i. dies sanctoꝝ semꝑ est angeloꝝ hec fulgentius. Terret itaqȝ n̄ imerito loq̄ntẽ oipotẽtia Sȝ ꝯsolaẗ grã. qua pr̄ optimꝰ q̇ ꝟbũ in sinu suo eternaliẗ latitãs quo maius nihil est. per castissimum nobis virginis dedit partum. dabit ꝑ eandẽ virginẽ verbum de verbo in ore proferentis atqȝ salubriꝰ inhitatorẽ pie mentis. ꝑ cuiꝰ ip̄etratiõe ꝟgo salutetur ꝑ verbũ Aue. B Uerbũ caro factũ est et h̄itabit i nobis.

De natiuitate domini

Triplicē diuini verbi natiuitatē hec vba insinuāt videlicet. Eternam. tpalem ꝛ spūalē. Prima nascit̄ dei fili⁹ ex paterno intellectu ideo dr̄ verbū. Scd̄a nascit̄ idez dei filius ex materno vtero. ideo dr̄ verbū caro factum. Tercia nascitur ī corde hūano. iō additur. et habitabit in nobis. Per pmā oēm creatū intellectū transcēdit. teste Jsa. ca. 53. Generationem eius q̄s enarrabit. per scd̄az hūanis sensib⁹ se contēpauit. fm illud Hiere. Post hoc in terrꝫ visus est. ꝛ cū hoīb⁹ ꝯuersat⁹. Baruch. 3. per terciam gratuite mentem inhabitat. ipo dicēte. Ad eū veniem⁹ et mansionē apud eū faciemus. Joh. 14. Ex prima cognoscit̄ verbi oīpotētia. Ex scd̄a eius omniuidens sapia. Ex tercia bonitas infinita. Prima finis est ad quē tendim⁹. Scd̄a vtus est ex qua possum⁹. Tercia medium est p q̄d attingim⁹. Prima nihil sublimius. imensius. diuinius. q2 verbū erat apud deum ꝛ deus erat verbū. Scd̄a nihil humili⁹. fragilius. cōtracti⁹. q2 oīs caro fenū. Jsa. 40. Et verbū abbreuiatū fecit dn̄s super terram. Ro. 9. Tercia nihil amabili⁹. iocundius. appetenti⁹. Necꝫ enim fuit alia tam grandis natio que habeat deos appropinquātes sibi sicut adest nobis deus noster. Deut. 4. Uidendū igit̄ breuiter de hac triplici natiuitate. Et quidē de pme generatiōis modo aliq̄. licet minus digna priorib⁹ sermonib⁹ me vt cunqꝫ locutū recolo. Nūc p̄sentis est ppositi de tpali verbi natiuitate aliq̄d breuiter dicere. Circa quā triplicia attēdere possum⁹. Primo que fidem edificāt. scd̄o que affectū inflāmāt. tercio q̄ mores instruūt. primū veritas natiuitatis. scd̄m vtilitas. terciū exemplaritas prestabit. Ueritatem hūane generationis breuissime et verissime euāgelista exp̄mit verbis illis cū inquit. Uerbū caro factū est. vn̄ colligit̄ h̄ fundamētal' fidei veritas. Per natiuitatē virgineā. scd̄a psona in diuinis scꝫ verbuz patris siue filius. fact⁹ est hō verus. p quā verū est dicere. de⁹ est homo. ꝛ homo est de⁹. Uerbum eni esse filiū p̄cedēs siue hestern⁹ sermo declarauit. Propter h̄ ait Uidim⁹ gloriā ei⁹. gloriā q̄si vnigeniti ꝛc̄. Nec impedit q̄ dic̄ caro. Nā more scp̄ture caro p toto hoīe ponit̄ Jsa. 40. Uidebit oīs caro salutare dei ꝛc̄. Et iterū. Uidebit omnis caro pariter q̄d os dn̄i locutū est. Et Gen̄. 6. Corruperat oīs caro viā suā. Modum vo hui⁹ natiuitatꝫ aliꝗ euāgeliste clari⁹ exprimūt ꝛ symbola Que licꝫ mirabilis sit. imo inter mirabilia dei summuz mirabile. 13. de trini. Non tn̄ tollit veritatem quo minus vere deus sit hō. Unde inter multa mirabilia hec principaliter attēdunt̄ atqꝫ ad cetera reducunt̄ scꝫ. Natiuitas ex

virgine sine corruptione q̄ est mirabilis. Cōceptus sine semine q̄ est mirabilior. Personalis vnio naturarū. diuine ꝛ humane q̄ est mirabilissima. ⁋ Hec sunt mirabilia sed possibilia. Mirabilia qꝛ ꝯ vel pter nature ordinē istitutū. Mirabilis ē natiuitas corpis ex virgine sine eius corruptione. qꝛ necesse est fieri penetrationē dimensionū. q̄ nature repugnat. vt experientia docet. Nulla em̄ violentia fieri pōt. vt vnuꝫ corpus alteri⁹ locuꝫ occupet sine sui cessione. Mirabilior ꝯceptꝰ sine semie. qꝛ ꝯ causaꝝ limitationē secūdarū. Sic eni cuilibet rei indita est pfectio ꝓpria. ita ꝛ cert⁹ sue ꝓductiōis modus. Institutus est ꝙ modus hūane ꝓductionis ex mare ꝛ femina. Mirabilissima ꝟo vnio humanitatis ꝛ diuinitatꝭ. Et quia ex duobus in actu nō fit vnū. Et qꝛ maxime distāt vtputa finitū ꝛ infinitū. Et vnū vniendorū penitus imutabil e. Dis āt natural' vnio mutationē infert vtriusqꝫ vnitis. vt ptꝫ discurrēdo singula vnionū genera. Substātialis. Accidentalis. et Spūalis scꝫ grē. q̄ creat. Sꝫ licꝫ hec sint mirabilia nō tn̄ sunt deo impossibilia. licet em̄ dn̄s singulis reb⁹ certū ordinē ididerit. ex quo nō pn̄t Ro. 13. Que a deo sunt. ordinata sūt Huic tn̄ ordini potentiā suā nō alligauit. Sicut in sn̄i mgr̄ loq̄tur de sacramētis li. 4. dis. j. qn̄

poti⁹ sibi q̄dā specialr̄ ex huc ordinē reſuauit. q̄ q̄si p q̄dā noua. mētes hoīm q̄bꝫ q̄tidiana viluerūt excitaret. vt dic̄ Aug⁹. super Joh. omel. 8. i pncipio. Et sic nature dn̄s pbaret Sic in miraculis scptūre. vn̄ nō insolita. ſꝫ simplicit̄ ipossibilia ꝛ q̄ implicāt cōtradictionē. a natura diuina negāda sunt. Nō eni impossibile ē apud deū oē verbū. Verbū notāter dic̄. Sꝫ nihil ipossibile in dictis includit̄. ꝙ deo attribuendū. Nā penetratio corpoꝝ nō implicat. qꝛ marie hoc esset ꝓpt indistinctionē. sed nō tollit simplicit̄ distinctiōem penetrationū ſꝫ distinctionē cognitionū a nobis. Nā sube nō p accidētia ſꝫ se ipis distiguūt̄. Licꝫ nos ꝓ statu vie. subam nō nisi p accidētia cognoscam⁹. j. de aīa. Jō in accidētib⁹ q̄ ꝓpas hn̄t actiōes vn̄ cog̃scunt̄. penetratio ꝯsueta ē. vt ptꝫ in dulcedie et albedie lactꝭ. Qui ergo cognitionē infundere pōt. penetrationē pōt dimensionū facere. Jta nec scd̄m. Cū eni homines in cōmixtiōe solā materiā āministrēt. Aiam ꝟo q̄ pncipalior ps est solus deus creet. Quid magni. si vn̄cūqꝫ voluerit materiā sumat. Sed nec terciū qꝛ vnio hec nullā deo infert mutationē. Sic nec ꝙ de nouo factus est creator ꝛ dn̄s nō ꝓpt suā ſꝫ soli⁹ creature mutationē. Nec etiā dic̄ ipfectionē. ꝓpt infinitatē psone assumētꝭ. ſꝫ magis declarat

summã ei⁹ benignitatẽ. Et q̃uis ꝓpter hoc hũiliari dicat̃ exinanire seipm̃ et descẽdere. Phi. 2. Nõ tñ h̃ aliq̃ mõ imꝑficit. nisi solũ ꝺm nr̃am cognitionẽ vt declarari põt de diuite. potẽte. aut sapiẽte. cõicante aliter pauperi. infirmo ⁊ impotẽti seu insipiẽti. Posset dari exẽplũ de rege ꝯhente cũ plebea. ꝯ magnate. plebeoꝝ officia exercẽte ⁊c. D Unde in ꝑmo nõ desunt exẽpla ꝓpa et ꝓpinq̃. in tercio ꝟo nõ nisi remota valde. Primis duob⁹ aliq̃d simile repiri põt. sec⁹ ꝯ tercio. Exemplũ ꝑmi. luminis ꝑ vitꝝ dyaphonũ incessus. floris folioꝝ per ramũ emissio. Item canit eccl'ia. Sic sidus radiũ. ꝓfert ꝟgo filiũ pariforma. Itẽ sol' radi⁹ speculũ penetrat. Itẽ abacucñ apṫs sigill'. prandiũ attulit danieli in lacũ leonũ misso. vbi corpus non gloriosũ ꝑ nõ gloriosũ itrauit. Itẽ dñs nõ effractꝭ sigillis surrexit. Nubes a scẽsur⁹ penetrauit. Exemplũ scd̃i sumi põt. ex creatiõe rerũ ex nihilo. Itẽ ex formatione eue ex viro sine femina. Ex formatiõe ade ex limo seu terra.

Et licꝫ hũanitas xp̃i. sic miraculose ꝯcepta fuerit ⁊ nata. nõ tñ min⁹ vera. q: nihil aliud req̃rit̃ ad ei⁹ ꝯstitutionẽ nisi materia et forma vnite. Materia aũt eiusdẽ rõis ẽ in oib⁹. Sic ⁊ adã fuit ver⁹ hõ. et sil'r eua. lꝫ nõ formati fuerit cõi lege ꝓpagatõis. Tercio ꝟo nihil sil'e repiri pt̃ i opib⁹ dei. Nullibi eñ ẽ videre. q̃ aliq̃d manẽs q̃d erat. nouam assumat ꝯbalẽ denoiatõez. Nec exẽplũ dari pt̃. q̃ ꝑsona aliq̃ depsonet̃. manẽt i integra natura. vt ꝑsonet̃ i alia. Natura ꝟo hũana assũpta a ꝟbo depsonata ẽ h̃ mõ. Qm̃ lꝫ ñ assũpta. eẽt ꝑsona Nõ ꝑ alic⁹ positiui additionẽ. qm̃ nihil ad humane nature ꝟitatẽ ꝑtinẽs in ei⁹ assumptiõe depditũ ẽ. sꝫ natura tota ẽ assũpta. sꝫ eo solo eẽt ꝑsona. q: derelicta nõ ꝯpẽderet ad aliud supposital'r ꝯsistẽs. Assũpta tñ sustẽtat̃ a verbo nobili⁹. qm̃ nõ assũpta i seipa sustẽtaret̃. Sic accñs nobili⁹ eẽ hꝫ inherẽdo sube. q̃z si foret sepatũ. Dant̃ tñ aliq̃ exẽpla remota. scꝫ figure ⁊ figurati. hitus ⁊ hituati Phi. 2. Aie ⁊ carnis ꝯiũctio. ꝺm athanas̃. i symbolo. Sꝫ nihil hoꝝ ꝓpriũ ẽ. Nã vnio materie et forme ꝯstituit cõpositũ i vniõe accñtꝭ ⁊ ꝯbiecti. subiectũ afficit̃ ⁊ alterat̃. in vnione hitus ⁊ hituati vestiti vl' locati nõ sibi intime ꝑñtia sũt E Igit̃ si icarnatiõis op⁹ mirarꝭ. bñfacis. Si tñ fidelit̃ agis Nã ⁊ ꝓpha ait. Mirabilia opa tua dñe. ⁊ aia mea cõg̃scet nimis Si ꝟo ꝓpt̃ miracl'a hesitas. erras Necꝫ eñi ifinitã dei potẽtiã. tuo itellectu finito vales cõprehẽdere. qui deniqꝫ in sctis suis ẽ mirabil'. q̃d mirꝝ si mirabilioꝝ ẽ i suis. sed ⁊ nimie ꝑ̃suptiõis ẽ. iuisibilia dei velle cõpchendere. cũ nec visibilia possint a nob ꝑfecte co

gnosci. Sic salomõ ait. Cuncte res difficiles. nõ põt eas hõ expli care ſmone Eccs. j. Possent hic adduci mirabilia nature. q̄ btūs Aug⁹. li. 21. ca. 4. d̄ ci. dei recitat ad astruendā resurrectiõis fidē.

At tu q̄ diuia scrutari p̄sumis attēde solē. vñ hʒ lumē. Attēde celū. vñ hʒ motū. stellas. vñ influ xum qualitatū. q̄s tñ nõ hñt for malit̄. Aīas vñ hñt vitā ⁊ eipm. vñ cõpositiõeʒ aīe ⁊ carnis. Ele mēta. vñ hñt in ꝯrietate ꝑpetui tatē. Spiritū. vnde habet ortū ⁊ t̄minū. Mixta. vñ materiā. or gana. potētias. Sil'ia loq̄t ꝯ iob dñs Job. 38. Desinam⁹ itaqꝫ scrutari diuia. q̄ nõdū sufficim⁹ cõprehēdere humana. Sʒ tāto magꝭ ad g̃ras referēdas dñō ac cēdamur. q̄ꝫto maiora mirabilia ꝓ nob opat⁹ ē. Oia eñ h̄ ꝓpter nos ⁊ nr̄am salutē. sūme benigni tatꝭ p̄r opat⁹ ē. Puer nat⁹ est no bis. ⁊ fi. da. ē nob. Jsa. 9. Et an gelus ad pastores. Nat⁹ ē vob. Si nobis nat⁹ ⁊ dat⁹ saluator. haud dubiū ⁊ nr̄m ē q̄dq̄d circa hāc natiuitatē mirabilit̄ dñs o stēdit. Hijs ḡ dimissis ad eius vtilitatē ⁊ fructū cog̃scendū con uertamur. ꝶ Circa vtilitatē q̄ttuor colligunt̄ scʒ vt Redime ret dānatū. Restitueret hūilia tū. Reduceret ignaruʒ. Corona ret idignū. Prim⁹ fruct⁹ ē re demptio dānati. Nā ſm Anf. Cur de⁹ hõ. Hõ q̄ deuʒ sup oia diligēdū offenderat. quē ꝓ tota creatura offendere nõ debebat. diuie iusticie satisfacere n̄ potuit nisi tm̄ redderet vel mai⁹ illo ꝑ quo offendere non debuit. i. ma ius tota creatura. Hoc aūt cum habere nõ potuit. pater misc̄dia rū filiū dedit omni creatura ma iorē. Qui cum ſm naturaʒ diui nā satisfacere nõ debuit. ſm hāc enim offensus fuit. Humanā as sumpsit. innocentē ⁊ purā. diui no supposito vnitā. q̄ nulla crea tura maior. ⁊ hāc ꝑ iusticia offe rēdo satisfecit. Secūdus fru ctus est vt restitueret humiliatū Nam hõ ex dono creatiõis soli deo ē obligat⁹. cui ea propter cul tu latrie seruire tenebat̄. Unde inter ipsum et deum nihil medi abat eo superius. Angeli siqui dem non superiores sed cõciues ad beatitudinem constituti fue rant. Hinc in dignitate excellen ti constitut⁹ fuerat. et dñs toti us corporalis creature. Per pec catū vero a sua dignitate cecidit ꝓfundissime vsqꝫ ad dyaboli ser uitutem. Ro. 6. Serui estis cui obedistis. siue peccati in mortem ⁊c. Et Joh. 8. Qui facit pecca tum seruus est peccati. A qua si per alium q̄ꝫ deum redimeretur. iam non solum deo creatori. sed et redemptori debito seruitutis alligaretur. Ut ergo sue liberta ti et dignitati restitueretur. ver bū per q̄d factus est hõ ipm repa uit hoieʒ. factū caro. vt sit redē ptor idē q̄ creator. ꝶ Terci⁹

fructus est vt reduceret ignarũ. Hõ ꝑ pctm̃ ĝuissime vulnerat⁹ i naturalib⁹. Spoliat⁹ gratuitꝫ viã salutꝫ nedũ defuit ſꝫ penit⁹ ignorauit. Jõ reductõe idiguit. Hic berñ. ser. 3. ꝺ circũcis. Sic penit⁹ erat iutile viã scire. si deti neremur i carcere. ita redími nõ ꝓdesset si vie ignaros q̇ ꝑm⁹ iue niret ꝑm⁹ reduceret i carcerẽ re trudẽdos Indiguit ãt reductio ne ei⁹ q̇ nec falli nec fallere possꝫ Qui ꝛ sua ꝓcessiõe. hoĩs infirmũ sil' et ꝑuersum animũ ad sequen dũ inclinaret. ꝛ oẽs ducis ꝓꝓeta tes ad reducendũ oportunas ha beret Ad vtriusqꝫ efficaciã ne cessari⁹ fuit de⁹. vt alibi declara ri solet. Oĩs eni hõ mẽdax. ꝛ va nitati subiecta est oĩs creatura. Et nemo bonus nisi solus deus hinc vbi. s. Berñ. Uenit dñs ꝓ pter nos. nõ solũ redimẽdos san guinis effusiõe. sed et docendos verbis. ꝛ exẽplis nihilomin⁹ in struẽdos. Quẽ etsi plurimi secu ti sint. nõnulli tñ praua victi cõ cupiscentia alienati recedunt re trorsum. Sed carissimi attendi te hunc ducem. Toto animo se quamini qui viam precedẽs ostẽ dit. vñ Luc. 8. Ego sum lux mũ di. Fortificat ꝛ ꝺfendit Joh. 10. Nõ rapiet eos q̇sqꝫ ꝺ manu mea Esurientẽ cibat. per me regredie tur ꝛ pascua inueniet. Joh. 10. Fa tigatũ restaurat. Uenite ad me oẽs q̇ laboratꝭ. Matth. 11. Timi dum erigit. Nolite timere pusil lus grex. Luc. 10. Turbatos ꝯso latur. Beati q̇ lugẽt bti q̇ ꝑsecu tionẽ patiunt̃. Matth. 5. Scã dalũ remouet. Confidite q2 ego vici mũdũ. Joh. 19. Quartus fruct⁹ ẽ vt coronaret idignũ Nõ q̃licũqꝫ corona ſꝫ tãqꝫ filioꝝ dei. ꝛ regni ꝑmio ifinito. Qualit̃ eni hõ idign⁹ i adoptionẽ filioꝝ dei nisi ꝑ meritũ filij natural' recipe tur. Quõ ꝑmiũ ifinitũ. nisi ꝑ me ritũ ifinitũ. Meritũ ifinitũ esse nõ põt ex ope. ſꝫ ex ꝑsona ifinita fact⁹ est ĝ hõ de⁹. vt deitas ifini tatẽ ꝑsone. ꝛ hũanitas meritũ a ctiõi daret. Cui nisi nr̃m meritũ iũgat̃. insufficiẽs. imo nullũ erit. Ad cui⁹ euidẽtiã diei ꝺñice ntitatꝭ ꝯiũcta sũt festa btõꝝ ste phani. iohis. innocẽtũ. i q̇b9 vni uersi meritoꝝ modi mistice desi gnant̃ sil' ꝛ corone. Est eni s̃m b. berñ. i ser. ꝺ festiuitatib9 ioh. ste phani ꝛ inocẽtũ ꝛc. meritũ volũ tatꝭ sil' ꝛ opis. Est meritũ volun tatꝭ tm̃ nõ opis. Est meritũ opis sine volũtate. primũ i btõ stepha no. scd̃m i b. iohe. tertiũ i innocẽ tib9. In q̇b9 oib⁹ sola ꝑuuli nr̃i ntitatꝭ siue nate hũanitatꝭ ꝟt⁹ et grã opat̃. Meritũ volũtatꝭ ꝛ opis ꝑfectissimũ ẽ. iõ natiuitati ꝯtinuo iungit̃ ntitas stephãi. ſꝫ iohs eo maior sit officio. sic apl's ꝛ euãgelista diacono. Meritum opis sine volũtate minimũ est iõ vltio inocẽtũ. Meritũ volũtatꝭ sine ope mediũ ẽ. Excedit ꝛ exce dit. iõ ioh. i medio inocẽtũ ꝛ ste. celebrat̃. Uex sic op⁹ solũ. tm̃ va let vbi rõis vsus ñ ẽ. nũqꝫ tñ ꝯ vo

lũtatẽ. ita sola volũtas valz. dũ oportũitas opis ñ fuerit. Nõ ãt ꝯ op⁹. dũ in ei⁹ fuerit facultate. Ecce mag̃ laus ⁊ pmissio. Glia i ex. d. Et i t. par. sz nõdũ pfecta donec addat̃. Sinite puulos venire ad me. Ecce par puul' volũtatẽ nõdũ hñtibꝫ. vt etiã xpi natiuitas salutẽ ꝯferat sic uolũtatꝫ vsu i sacro pietatꝫ. Jd i ill' egit martiriũ qđ in nr̃is baptismi sacramẽtũ Ecce largissima ⁊ efficacissima dñice ntitatꝫ vtilitas. sũt deniqꝫ corone q̃s aureolas dicim⁹. martirꝫ. doctorꝫ ꝟginũ. victorib⁹. mdi. dyaboli. corpis ppriȷ. debite. has in steph. ioh. inocen. itelligim⁹. q̃s qꝫ sola dñi ntitas tribuit. h̄ ntitati festo ꝯiũcta solennizat eccl'ia. vt sciam⁹ ex hac ntitate oĩm pcedere liberationẽ ac coronationẽ. iõ cũ eccl'ia. Grates nũc oẽs reddamus. ⁊c̃.

De natiuitate dñi sermonis q̃nti ps scđa in ordine sermo. XII.

Thabitauit i nobis. Joh. j. A Liquet ex supioribꝫ. q̃ pter generationẽ et̃nã q̃ ꝟbũ nascit̃ de corde pris. de⁹ đ do. Et hũanã siue ext̃nã q̃ nascit̃ ex mr̃e hõ. alia ẽ generatio spũal'. q̃ scꝫ fideliũ mẽtib⁹ i nascit̃ spũs sctificãs. hac iã ñ fit ꝟbũ caro. sꝫ ꝟbũ caro factũ. illa ntitate carnales ꝯũtiti spm̃. hic nõ satisfuit euãgeliste dicere. verbũ scꝫ p generationẽ eternã Caro factũ ẽ p tpalẽ vl' externã. Nisi adderet. ⁊ hitabit̃ i nob p spũalẽ ⁊ iternã. Est ãt externa natiuitas siue tpal' mediũ pueniẽdi ad vtrãqꝫ natiuitatẽ. scꝫ eternã ⁊ internã. Siq̃dez nemo filiorꝫ adã grãm ꝯseq̃ poterat. p quã sctificatiue nascit̃ i cordib⁹ fideliũ. nisi p meritũ mediatorꝫ ꝟbi scꝫ incarnati. vt ex p̃dictꝫ pz. Meritũ dico exhibitũ vel p̃uisũ. Qui p̃cedebãt ⁊ q̃ seq̃bant̃ clamabãt dicẽtes. bñdict⁹ q̃ ve. ⁊c̃. osanna in excelsis Nã ad h̄ nat⁹ ẽ in carne. vt hitaret i nr̃a mẽte. hic in themate. ꝟbũ caro factũ. ha. in no.

Jn q̃rꝫ ꝟo mẽtibꝫ spũal'r nascit̃ ipi ad vidẽdũ natiuitatẽ eternã. eaqꝫ pfruendũ feliciter assument̃ Teste aplo in q̃ nõ ẽ spũs xpi. hic nõ est ei⁹. Ro. 8. Et p ꝯñs i celũ ascẽdere nõ põt. in q̃ glia generatiõis eterne manifestabit̃ beatis Siquidẽ nemo ascendit in celũ nisi xpc cũ mẽbris suis q̃ descẽdit de celo. Joh. 3. Cũ g̃ frustra ẽ h̄ mediũ p qđ finis nõ attingit̃. nihil nob pderit xpm nasci i carne si nõ nascat̃ spũal'r i mẽte. Caro eni ad nihil pdest. ipe inq̃t spũs est q̃ viuificat. Joh. 6. Caro scꝫ sola sine spũ. Neqꝫ pfuisset ꝟgini gl'iose hunc genuisse carnal'r si nõ eundẽ prius genuisset spũal'r in mẽte. vt dic̃ s. Aug⁹. in de sctã ꝟginitate. vt g̃ nob pficiat q̃ verbũ caro factũ ẽ. curem⁹ vt ⁊ hitet in nob p natiuitatẽ spũalez. Qđ quõ fieri oportet nũc dicendũ ẽ. p grã Aue. B Uidendũ p̃mo q̃ sit illa spũalis natiuitas. se

cũdo quõ paruulo xp̃o in nobis genito hũanitatis obsequia impendere debeam⁹. Circa primũ. Spũalis natiuitas verbi ẽ. qua verbũ habitat in nobis. Et q̃uis solũ verbũ natũ sit ĩ carne nõ pater nõ spũssanct⁹. nõ tñ solũ verbũ nascit̃ in mẽte. q̃ nõ solus inhabitat. sed ⁊ pr̃ ⁊ spũssanctus. Joh. 14. Ad eũ veniem⁹ et mansionẽ apud eũ faciem⁹. loq̃tur de pr̃e filio ⁊ spũscõ.. licz etiã btĩssima trinitas sit in oĩb⁹ p̱ essentiã. potentiã ⁊ p̃ntiã. nõ tñ in oĩb⁹ hitat. sz in iustis solũ. ⁊ sanctis aiab⁹. quas sibi p̱ gratiã vnit caritatiuã siue amorosam. vt deducit mgr̃ dis. 37. p̃mi. Est ergo spũalis natiuitas vnio xp̃i cũ natura intellectuali p̱ gratiã gratũ facientẽ. Vñ q̃tiẽs verbũz mentes ñras p̱ grãm ⁊ caritatẽ q̃ fides p̃supponit sibi vnit. totiens spũalit̃ in nob̃ nascit̃. Hac quoq̃z vnione ñras inhabitat mẽtes Hinc aplĩus Eph. 3. Christũ hominẽ hitare p̱ fidẽ in cordib⁹ nostris. p̱ fidẽ dic. Nõ vtiq̃z informẽ q̃ hãc etiã demones hñt. Teste iacobo. demones credũt ⁊ cõtremiscũt. sz p̱ fidẽ. grã ⁊ caritate formatã et viuificatã. q̃ in solis sanctis est. licet in aliquibus maior. in aliquibus minor. De h̃ plura dicit magister dis. 37. primi. Et attende in hac spirituali natiuitate vicissitudinẽ mirabilem. vt dicit Cancell. in carmine iosephino. Nam cum nascit̃ christus ĩ anima deuota. fit ipsa (verbi gratia) mater dei. que tamen ipsa eadẽ natiuitate gratuita p̱ adoptionem est filia. vtrũq̃z enim scriptura docet. Q̃ sit mater testis est qui ait. Qui fecerit voluntatem patris mei qui in celis est. ipse me⁹ frater mater et soror est. Matth. 12. Q̃ filia testatur aplĩus Gal. 4. Omẽs vos filij estis p̱ fidẽ que est in xp̃o iesu haud dubiũ q̃n formatam. Et Joh. j. dedit eis potestatẽ fi. dei fieri ⁊c. vsq̃z nati sunt. Ecce q̃mõ eadẽ natiuitate qua in nobis spũaliter nascit̃ christ⁹. nos etiã nascimur in xp̃o. Nam p̱ eandez gratiã siue caritatẽ. qua nob̃ infundendo in nos descendit. sibi q̃z vnit etiaz eleuamur in eum caritatiue. volũtati sue cõsentiendo. ac p̱ hoc spũaliter eum gignimus ac nobis vnimus. ☞ C

Nunc quomõ ad illam disponi oporteat breui⁹ annectendũ. Huic cõfert ipsa domini natiuitas tp̱alis que vt dictũ est. medium est p̱ueniendi ad spiritualem Igitur dñs sue natiuitati elegit locum paruulum. in tribu iuda. bethleem. ciuitatem dauid. Simus nos spiritualiter paruuli d̃ tribu iuda. Simus bethleem ciuitas dauid. ⁊ nascet̃ in nob̃ spiritualiter christ⁹. menteq̃z nostrã inhabitabit. nec deseret q̃m delicie eius. esse cum filijs hominũ. Prouerb. 8. Juda interp̱tat̃ cõfitens. Est aũt confessio duplex. laudis ⁊ fraudis. s̃m bea. Aug. sermone de x̃bis euãgelij. ⁊ vtra

q̃ꝫ p̄repat locū dn̄o. Nam vtrūq̃ꝫ iustificat. Anima aūt iusti sedes est sapie. Sapia ꝓo christ⁹ est. j. Cor. j. Christ⁹ est virt⁹ et sapia patris. Nam de ꝯfessione fraudis dr̄ Prouerb. 13. Iust⁹ in p̄ncipio accusator est sui. et cōfessio laudis simılr̄ iustificat. q̄ꝛ hec ē fidei s̄m illō Ro. 10. Corde creditur ad iusticiā. ore cōfessio fit ad salutē. Fides aūt iustū viuificat. s̄m illud Abacuc. 2. Iust⁹ ex fide viuit. In vtraq̃ꝫ ḡ ꝯfessione principiū est nostre ꝯuersionis et accedendi ad deuꝫ. Nam de illa Isa. 43. Narra si q̄d habes vt iustificeꝛ. d̄ ista ꝓo dr̄ ad Heb. 11. Sine fide impossibile est placere deo. oportet eñ accedentem credere. Uerū si intelligentie p̄ fidem illuminate ac recte de se tanq̃ꝫ de peccatore. ⁊ de deo tanq̃ꝫ de summo bono creatore ⁊ redemptore nostro sentiēte. voluntas cōtra dixerit. nolens vel peccata relinquere. aut dictamini. recte illuminateq̃ꝫ p̄ fidem rationis obedire. Iam nō ciuitas iude. sed castellū q̄d contra nos est q̄d intestina fouet bella sumus. Orta nanq̃ꝫ in nobis pugna. fugata est pax. ibi christ⁹ (cuius in pace factus est locus) nec nasci. nec nat⁹ foueri potest. Neq̃ꝫ eñ dissensiōis deus est sed pacis. j. Cor. 14. necesse est igit̄ vt q̄cunq̃ꝫ recta fide intellexerim⁹ volenda. ista velim⁹. vt sit potentiarū aie nr̄e in bono cōcordia. Alioquin sine causa credim⁹. Meli⁹ eñ erat viā veritatis nō nouisse q̃ꝫ post agnitionē retrorsuꝫ ab ea cōuerti. 2. Pe. 2 Sim⁹ ḡ ciuitas. nō babilon. ne i malo sit pax nr̄a. Sed bethleem. que p̄uula est in milibus p̄ hūilitateꝫ vt ait Micheas et dom⁹ panis interpretatur. Oportet enim habere paneꝫ. ne si amic⁹ noster ⁊ frater xp̄c scꝫ p̄ assumptā humanitateꝫ veniat ad nos media nocte. ⁊ nō habeam⁹ q̄d ponam⁹ añ illū. dū ꝓo transim⁹ accomodare. ille declinet atq̃ꝫ trāseat. Quis ḡ ē panis ille. quē custōdiētes bethleē dici mereamur nisi verbum dei? De quo Deut. 8. et Matth. 4. Non in solo pane viuit homo. sed in omni verbo quod p̄cedit de ore dei. Hic enim est qui confirmat cor hōis sicut p̄pheta orauit. Confirma me inquit in verbis tuis hūc panem si diligenter seruauerim⁹ veniet ad nos. et māsionē apud nos faciet. sicut ipe p̄misit Joh. 14. Simus deniq̃ꝫ bethleem. non illa que in sorte zabulon sita est. Ad cui⁹ differentiā dixit angelus. bethleem ciuitate dauid. zabulon fluxus noctis interp̄tatur. Hic ergo bethleem est. in sorte zabulon. qui accepti verbi panem non custodit. Sed ad noctem peccatorū conuersus effluere permittit. Nō ille est bethleem ciuitas dauid vnde Bern̄. in ser. de ꝑnūcia. dn̄icē natiuitatis. Si q̄s inq̄t cogi

tat redire ad vomitũ. reuolui in lutũ. mutare ꝓpositũ Nõ est ille bethleẽ iuda ciuitas dauid in q̃ nascit᷑ iesus. Quõ enim salus illi erit. q̃nquidez vera oĩno certaqȝ sñia est. ꝙ is tm̃ q̇ pseuerat vsqȝ i finẽ saluus erit. Nulla eni socie-tas eternitati ⁊ tãte mutabilita-ti. Ei q̇ est. ⁊ ei q̇ nũq̃ȝ in codẽ sta-tu pmanet. Sim⁹ ḡ bethleem dauid. i. manu fortis. vt panem verbi quẽ recipim⁹ fortiter. i. p-seuerãter. manu opatiõis custo-diam⁹. Nõ eñ q̇ dic̃ dñe d. aut dictũ ab alio auscultat. Sȝ q̇ fe-cerit volũtatẽ pr̃is p verbum dei cognituz. hic frater dñi. soror. et mater meret᷑ appellari. Itaqȝ si nr̃a pctã añ dñi gloriã cõfitebi-mur. si pacis interne trãquillita-te fruamur. Si p hũilitatẽ puu-li panẽ ꝟbi corde pcipim⁹. opere implem⁹. nec a ꝓposito declina-mus. in nob nascet᷑ ꝟbũ. hitabit qȝ nec nos deseret in eternum.

D Attñ etsi in nob nat⁹ fuerit dñs hitaueritqȝ i nob. nõ ex h cõ tinuo ↄsũmati sum⁹. Nã iniciũ pfectiõis ẽ hec spũalis natiuitas et nõ ↄsummatio. sic ⁊ iniciũ vite natiuitas corpalis. Nitẽdũ ita-qȝ est ⁊ sumope conandũ ad pfe-ctionẽ. ⁊ p certos gradus. q̃si per etatũ spacia ascẽdendũ. quatin⁹ hui⁹ scalaria scensu. magis magis qȝ mereamur dñz inhabitãtẽ nõ tñ oẽs eq̃liter inhabitat. sȝ diffe-renter fm gradũ gratie p quã in habitat differentẽ. Vñ Cancell' parisieñ. in ser. d hac festi. pulcrã silitudine ascensum istũ opib si ue officiis designat mõ genitr̃ in fantib⁹ exhibendis. Ait eñ par-uulus iste vt alioꝝ vsus requirit septẽ tractet᷑ obsequiis. primo in uoluendus est. scd̃o reclinãdus. tertio custodiẽd⁹. q̃rto leuãdus q̇nto balneãdus. sexto pascẽd⁹. septimo baiulãdus. Videam⁹ quõ hec obsequia puero nr̃o sa-gaciter ⁊ spũaliter ipendam⁹.

Benito nãqȝ in cordibus nr̃is dño p fidẽ. atqȝ ꝓpositũ exequẽ-di diuinã volũtatẽ. fm illd. q̇ fe-cerit volũtatẽ pr̃is mei. ipe meus frater. soror ⁊ mr̃ est. pmũ ẽ inuol-uere pueꝝ iesum pãnis mũdis et feruidis lacrimaꝝ lixiuio lotis. qm̃ puer iste in sordidis pannis q̇escere nequit. fm illud Sap. j. In maliuolã aiam nõ introibit sapia. Lacrime igit᷑ detestatiõis pctõꝝ. dũ p austerũ saccũ amare recordatiõis pctõꝝ. velut cinerũ in eo collectoꝝ fuerit collate. effi cacissimũ ad mũdificationẽ con scie lixiuiũ efficiunt. Et hic pm⁹ gradus vite spũalis. qȝ nemo ni-si veteris vite cum peniteat. pote rit nouã inchoare. Aug⁹. Hic ꝓ pheta. Lauabo per singulas no-ctes lectũ meũ. scȝ ↄscie. lacrimis meis stratũ meũ rigabo. Quid p lectum ac stratũ nisi conscien-tia in qua velut i lecto anima q̇e-scere semper desiderat. et ab ea non remorderi. Vnde est ꝙ sem-per excusatiões querit etiã i hiis

que ɔtra ei⁹ dictamē sunt attem
ptata. Et dum ɔsciam nō sequit
saltem ad hoc tendit vt male ge-
sta excusent. Hoc aūt obsequi
um iusticia ministrabit. q̄ppe iu-
stum est vt qui auersus a deo cre
ature oblectamēta captabat. ip-
sam noxiā ɔdectatiōem ad deuz
rursum ɔuersus. amaris gemiti-
bus compenset. ne si ipe negligēs
fuerit. a crudelib⁹ paciat tortori
bus. quib⁹ dictū est. q̄ntum glori
ficauit se in delicijs. tantuz date
illi de tormēto. Apoc. 18. Hic sa-
lomon Prouū. 18. Justus in p̄nci
pio accusator est sui. ¶ In-
uoluto puero hijs mūdate ɔscie
pannis. ob somni quietē in cuna
bulis reclinādus ē. Hoc aūt mi-
stice agim⁹. dum ɔtinuata pecca
torū displicentia. de diuina mise
ricordia p̄sumim⁹. verissima eius
p̄missione subleuati. qua p Jsa.
ca. 50. ait. Nūquid abbreuiata
aut puula facta ē manus mea vt
redimere nequeaz. Fiatq̄z nobis
dilectus dn̄s noster iesus. fasci-
culus mirre ob amarā pctōz de-
testationem inter duo aie vbera.
metū ⁊ spem cōmorans. vt Cañ.
j. ait sponsa. Dum in silentio pa-
ciētie lōganimiter p̄stolando. ex-
pectam⁹ diuine misericordie ɔso
lationē. s̄m illud Threñ. 2. Bo-
num est p̄stolari cum silentio salu
tare dei. Dormit eni in nobis do
minus pio somno. s̄m Orige. in
omel. sup illud Matth. 8. Ascē
dente iesu in nauiculā. dū nostrā
patientiā ⁊ tolerantiaz expectat.
vel impioꝝ penitentiā ⁊ ɔuersio-
nem. Vñ nōnunq̄z lotis ɔsciētie
pannis. acriores insurgūt tenta-
tiōes. nec statim eas cohibet. sed
quasi dormiens patienter nr̄am
vt dictum est pacientiā expectat.
vt habeat vñ nos iuste remune-
ret. Unde ⁊ si dormire videt. vi-
gilat tñ sup nos. dum vt Aplus
ait. Fidelis dn̄s nō patit nos tē-
tari super id qđ possumus quin-
imo facit cū tentatiōe p̄uentū vt
possimus sustinere. j. Cor. 10.
Hoc aūt obsequiū exhibet virt⁹
spei. q̄ inordinatus timor. ex pec-
catoꝝ memoria in desperationez
trahēs lōge pellit. ⁊ aīa in ancho
ra cōfidentie solidat. s̄m illđ ad
Heb. 6. Spem sic ancoram ha-
bemus anime tutā ⁊ firmā. Hāc
tanq̄z galeam salutis induamur
sciētes. q2 nō posuit nos deus in
iram sed in adquisitionē salutis.
p dn̄m nr̄m iesum xp̄m. qui mor-
tuus est pro nobis. vt siue vigile-
mus siue dormiam⁹. simul cū illo
viuam⁹. j. ad Tessal. 5. Et at-
tendite q̄z pulcre opus iusticie se-
quit opus spei. ne fiat vana pre-
sumptio. si nō ɔuersi nec peniten-
tes vitam speremus. vñ in ps̄ dr̄.
Sacrificate sacrificiū iusticie et
sperate in dn̄o. Et qđ sacrificiū
deo acceptius. spū p peccatis cō-
trito. s̄m illud Sacrificiuz deo
spiritus cōtribulatus. cor contri
tum ⁊ humiliatū deus nō despi-
cies. Quotiēs igit emūdata cō-

scientia spe firma diuinã cõsolationez longanimiter expectãtes. parati sumus sustinere tentationum incursus. totiẽs mistice puerum iesum pannis inuolutuz vt dormiat. ac nostrũ agonem expectet in cunabulo reclinamus.

3 F Reclinato puero. custodiã adhibere oportet. ne ĩportunis strepitib₉ an tps excitet. Mistice h agit. Si p cordis trãqllitatẽ ac paceã a maloꝝ negocioꝝ fragore. ꝛ litiũ strepitu. ꝛ supflua solicitudie locũ qetis dñi ĩ pace custodim₉. Fortiter illud abner. j. Regũ. 26. Dũ vehementior terrenaꝝ curaꝝ insonuerit exclamãtes. Quis es tu q̃ clamas ꝛ inq̃etas regẽ. Facim₉ h si diligenter menti nostre impresserimus illð Matth. 16. Quid pdest hoĩ si vniuersũ mundũ lucret. aie autẽ sue detrimẽtũ patiat. Et si scðm btĩ petri ãmonitionẽ. oẽm solicitudinẽ in eũ piciam₉. qm̃ ipi cura est p nobis. j. Pet. 5. Si demũqꝫ sensus nros iterũ atqꝫ iterũ monere nõ cessam₉. vt ab oĩ nociuoꝝ incursu. pueri hui₉ lectulũ custodiãt. nihil deforis inferant huius pueri turbatiuũ. cõminãtes attrociter negligentibus. illud qð ibidem in persona dauid subditur. Viuit dñs. filij mortis estis. qui nõ custoditis dominum vestrũ regem christum deũ. Attendẽtes illð apl'i Ro. 6. Sicut exhibuistis membra vr̃a seruire immundicie ꝛ iniq̃tati ad iniquitatẽ. Ita nũc exhibete membra vestra seruire iusticie in sctificationez. Quia qui sunt christi carnẽ suã crucifixerunt cũ vicijs et cõcupiscẽtijs. ad Gal. 5.

Subinde post dormitionẽ leuãdus est puer p sctãm meditationẽ. q̃ quotiẽs pueꝝ hũc excitat. q̃tiens horologiuz amoris ceciderit atqꝫ pulsauerit. Neqꝫ em̃ põt vacare anim₉ iam a mundanorũ supflua solicitudine trãquillus Sz nec amor impaciẽs pmittit diu suo abesse amato. Sic feruens quidã amator ait. Preuenerũt oculi mei ad te diluculo vt medi. elo. t. Quin magis clamare compellit illud eiusdez pphe. Exurge q̃re obdormis dñe. exurge ꝛ ne repellas in finem. Ipsum ꝯo excitatũ euoluit. pannos quibus ille induitur qui est indutus lumine sicut vestimento explicat Panni isti quid aliud sunt q̃m sue diuinitatis suorũqꝫ secretoꝝ archana misteria. que euoluunt dum pia fide considerant. instar psalmiste dicentis. Reuela oculos meos. ꝛ considerabo mirabilia de lege tua. Et iterum. Memor fui dieꝝ antiquoꝝ meditatus sum in omnib₉ opibus tuis et in factis manuũ tuaꝝ meditabar. ☞ 4

5 G Puero excitato ac leuato balneum pparandũ est quod est officiuz pie deuotiõis. Hec intuens sanctam meditationem que puerum excitauit. excitatum explicauit. explicatũ sua-

uiter allocuta est. currit propere. ad fontem cōpunctionis in imo cordis situm. aīa mea liquefacta est vt dilect⁹ locutus est. Cañ. 5. Factū est inquit cor meū tanq̄ȝ cera liquescēs in medio ventris mei Hauritq̄ȝ aquā de fontib⁹ saluatoris. Et recte de fontib⁹ saluatoris. q̄ȝ nō est in facultate hoīs hanc deuotiōis aquā ex suis dū voluerit haurire. sed hanc dominus ꝓpinat. sicut ait Joh. 4. samaritane. Si scires ꝛc̄. peteres a me ꝛ darem tibi aquam viuam huius aquae necessitatē b. Berñ. in ser. de natiuitate dñi tāgit. D. Est quidā aquaꝝ vsus irrigatio quā ꝑfecto necessariā habēt nouelle maxime plantatiōes. Alioquin aut minus ꝓficient. aut ex toto p̄ siccitate peribūt. ꝛ sequit. Querat deuotiōis aquas. quisquis seminauerit bonorū operū semina. vt irrigat⁹ fonte grē. bone cōuersatiōis ortus nō arescat sed in perpetua viriditate proficiat. orat ꝑ huiusmodi ꝓpheta. Et olocaustum tuum pingue fiat. Necesse ē enī vt bona opa feruore deuotiōis. et dulcedine spiritualis gratie pinguescant. hec Berñ. Hac ex aqua suauissimū fit puero iesu balneum. quia nō per cineres peccatorū vt in cōtritione transit. sed de ipso deuotionis fonte. pura. nitens. impmixtaq̄ȝ hauritur.

6 D. Amplius sexto necessariū ē est vt puer taliter lotus pascat. Opus h' ā misericordia q̄ viscerosissima nutrix est adimpletur. Dum membra eius reficit. presertim pane spūalis doctrine qd̄ est verbum dei. Eundem deniq̄ȝ. dulciū sermonū lacte ab vberibus māsuetudinis eliquato potat. Cui puer arridens inquit. Esuriui ꝛ dedistis mihi manducare. Et rursum. Fauus distillans labia tua mel et lac sub lingua tua. Canti. 4. Uerum ita christus cibet i proximo vt nō famescat in seipo Nam ꝛ vere misericors primum sui misereturr sicut scriptum est. miserere anime tue placens deo. et contine et congrega cor tuum in sanctitate eius. Ecci. 30. Hoc ipsum facimus si intellectum nostrum siue rationē pascim⁹ pane diuine veritatis ne errore seducatur. Uolūtatē pane caritatis ne langueat p̄ inedia affectiōis. carnem pane fortitudinis. ne infirmet p̄ inopia sustētationis. vt ratio intelligat que agenda sunt Uolūtas nō minus diligat itellecta. et corpus qd̄ corrūpitur in tantū aggrauet vt etiam que voluntas eligit faciamus. Hos panes nobis cōquirim⁹. si ratio iugiter exercitatur in inquisitione veritatis. Uoluntas in desiderio caritatis. Caro in operatione virtutis. Hij sunt tres panes q̄s dū a nob' habere nō possum⁹ ab ipo puero iesu deuoti. sime petam⁹. exēplo eius qui hos a suo amico media nocte accōmodare

conabaẗ. vt habetur Luc. ii. ca. ⁊ exponit Berñ. ser. de rogationibus. ☞ I Postremo puer iesus baiulãdus est iuxͣ illud apl'i Glorificate ⁊ portate deũ i corde vestro. j. Cor. 6. Hoc ipm̃ presta bit obsequiũ optima hui⁹ pueri nutrix obediẽtia. Hec enĩ vt ait beatus Aug⁹. ser. 6. ad f. de heremo est dei sponsa. perfecta celi scala. helie q̄driga. paradisi porta. Ipsa humilitatẽ nutrit. paciẽtiam ꝓbat. mãsuetudinẽ examinat. Sine hac respublica stare ñ potest. nec familia regi. Qm̃ per illam reddim⁹ que sunt cesaris cesari et deo que sunt dei. Hanc q꞉ nõ habuit diabolus celũ ꝑdidit. homo paradisum amisit. saul regnũ. salomon amorẽ diuinũ. hec Aug⁹. Per hãc portandus ẽ puer iesus. nõ retro q̄si grauis sarcina in suis p̄ceptis. sed anteriori sinu. ad cor ⁊ inter brachia bone opatiõis amorose stringẽdus est Nõ enim timore qui grauat. sed amore q̇ sursũ more ignis agit cũ gaudio dñi p̄cepta sint implẽda. vt sentiam⁹ q꞉ iugũ dñi suaue est et onus leue. Matth. ii. Nam ⁊ in gremio mater ꝯtulit. ⁊ in vlnis symeon sanctus suscepit. Inde ẽ illa ipsius postulatio in Cañ. canticoꝝ. 8. Pone me vt signaculuꝫ sup cor tuũ. ⁊ sicut signaculũ sup brachiũ tuũ dextrũ. Sumopere summaq꞉ solicitudie ⁊ studio cauere debet obediẽtia. ne i via mãdatoꝝ dei offendat baiulus pueri iesu ad lapidẽ inobedientie pedem suuꝫ. Alioquin puero casus immineret. et in nobis tali criminis allisione spũaliter moreret.

Sic itaq꞉ puer iesus ꝑ fidem et gratiã spũaliter in nobis natũ inuoluere debet iusticie puritas. inuolutũ reclinare spei soliditas reclinatũ custodire pacis trãquillitas. de hinc meditatio ipm̃ excitat. deuotio lauat. misericordia cibat. obediẽtia gestat. Quibus quẽadmodũ p̄missum est diligenter exhibitis. ꝑficit in habitaculo cordis nr̃i puer iesus sapientiã etate ⁊ gratia corã deo ⁊ hoibus donec crescat ad mensurã viri ꝑfecti. vbi tũc habitabit in nobis nõ ꝑ fidem tantum ⁊ grãm. sicut in p̄senti vita. sed per gloriã cõsũmatam. Amen.

De circũcisione dñi sermo. I. in ordine. XIII.

Vocatũ est nomen eius iesus.

Luc. 2. ☞ A In gloriosissimo natiuitatis dñi festo. sacrm̃ dñice incarnationis. qua verbũ caro factũ est. et minoratum paulomin⁹ ab angelis. sancta mater ecclesia deuotis laudibus cõmemorauit. Hodie ait Berñ. aliq̇d mirabilius ꝓponiẗ. circũcisio verbi humanati. qua iam minoratus est multo min⁹ ab angelis qm̃ nõ solum formã hois ꝫ formã acceperat peccatoris. Cir.

cĩcisio nanq; primũ data fuit abrae ⁊ semini eius in remediũ originalis criminis. ⁊ in signũ federis. magne q; fidei. qua credidit diuine pmissioni pollicenti q̈ in semine ei⁹ benedicēde essent oēs trib⁹. ⁊ q̈ pater futur⁹ esset multarũ gentiũ. omniũ sc; credentium vt ait Aplus Ro. 4. Propt eandē deniq; fidem meruit augmentuz sui noīs vt q̃ pri⁹ abram dicebat̃. i. pater excelsus vel exaltatus. simul cũ circũcisiōe diceretur abraam. i. pater multarũ gentiũ vt habet̃ Gen̄. 17. Hinc populus ille sumpsit cōsuetudinem in circũcisione noīa imponendi. Et xpianus populus hoc ipm in baptismo facit. qui successit ĩ locum circũcisiōis. Hanc gentis sue ɔsuetudinē dn̄s non spreuit. Sed q̃ peccatuz nec cōmisit nec cōtraxit. q̃nimo qui pctā venit soluere. pctī dolorosa remedia accipere minime recusauit. Et q̃ nec vestigiũ aliqd̄ vulnerũ habuit. alligaturā vulnerũ nō refugit. In quo valde (vt ait Bern̄. ser. 2. d̄ circũcisiōe) puersitatē hũane elationis repressit. Erubescim⁹ em̄ vulnerũ ligaturā sc; satisfactionem qui de vulnerib⁹ etiā gloriamur. Quē nemo pōt arguere d̄ peccato. ip̄e pctī remediũ et verecundũ ⁊ austeꝝ sine vlla sui necessitate suscepit. Nos etiā inuerecundi ad obscenitatē culpe. erubescimus penitentiam agere. et qui sumus male proni ĩ vulnera. peius inuenimur ad remedia verecũdi. Qui peccatũ nō fecit nō dedignat⁹ est peccator reputari. Nos ⁊ esse volum⁹ ⁊ nolum⁹ estimari. Circũcisus deniq; dn̄s saluatoris noīe etiam ab hominibus vocari voluit. vt statim in ortus sui pncipio ostēderet. qm̄ p sanguinis sui effusionez hoīes saluaturus esset. Qd̄ describens euangelista v̄bis breuib; in lr̄a. pōderosis in snīa ait (Postq; cōpleti sũt dies octo vt circũcideretur puer. vocatũ est nomē ei⁹ iesus. qd̄ vocatũ est ab angelo. priusq; in vtero ɔciperet̃) De quib; p grā ipetrāda dicatũ. Aue ma.

B (Uocatũ est nomē ei⁹ iesus) Orige. in festiui. pn̄tis sermone de noīe iesu ita ait. Nomē iesus nomen gloriosum. omniq; cultu dignissimũ. nomē qd̄ ē sup oēe nomē. nō decuit ab hoībus primũ appellari nec ab eis ĩ mundum afferri. Sed ab angelo nō 5
quidē imponi sed nunciari. Qd̄ etiā euāgelista caute exprimēs nō dicit qd̄ impositũ est. sed qd̄ vocatũ est ab angelo. innatũ quippe est sibi hoc nomen ab eterno. A natura ppria habz q̈ sit saluator. Ipse est verbũ hoc p qd̄ oīa facta sunt. haud dubiuz. qn oīa facta. p ip̄m in esse sunt saluata. Saluauit in tpis inicio. angelos bonos. ɔseruādo ne caderēt Saluauit in fine temporꝝ. hominem lapsum. reparando ne iaceret. Et h̄ est qd̄ propheta Isaias

ca. 62. attestatur. Et vocabitur inquit tibi nomen nouũ qđ os domini nominauit. Nomẽ vtiq̃ nouũ q2 soli xp̃o fm veritatẽ debitũ. licet quibusdã alijs figuraliter impositũ Qđ os dñi nominauit. Os paternum quo verbũ sibi ꝯsubstãtiale dixit. ꝑ quod omnia fecit et saluauit. Neq3 em̃ est aliud nomen sub celo datũ hominibꝰ. in q̃ nos oporteat saluos fieri. ait petrus Act. 4. Hoc est nomen qđ euangelicus ꝓpha Isa. expressuz atq3 effusum in multoꝝ expssione nominuz designauit. Ait em̃ ca. 9. Paruulus natus est nobis ⁊ filius datus est nobis. cuius imperium sup humeruz eius. ⁊ vocabitur nomẽ eius admirabilis. cõsiliarius. deꝰ. fortis. pater futuri seculi. princeps pacis. In oibꝰ em̃ hijs appellatioibꝰ habetur ait Bern̄. vnũ nomen expssuz. iesus scz. Nec oino aut vocari posset aut esse saluator. si forte hoꝝ q̃ppiam defuisset. ¶ Est em̃ iesus saluator noster ꝑmo (admirabilis) in voluntatuz nr̃aꝝ mutatione. cũ facit nos respuere qđ diligebamꝰ. dolere vnde letabamur. amplecti qđ timebamus. sequi qđ fugiebamꝰ. optare qđ ꝯtẽnebamꝰ. Est (ꝯsiliarius) cũ prudentia nos illuminat in agendis nouiter acceptatis. ne sit nobis zelus absq3 scientia. et ne voluntati bone desit prudentia. Est q̃q3 (deus) in remissione priorum delictorum. sine qua salus eẽ nõ potest. siquidem nemo potest dimittere peccata nisi solus deus. Est deniq3 (fortis) i expugnãdo impugnantes nos. ne ab eisdem rursum cõcupiscentijs superemur. et fiant nouissima nostra deteriora prioribus. Est perinde (pater futuri seculi) vt ꝑ eum ad immortalitatem resurgamus. q̃ per presentis seculi patrẽ generamur ad mortem. Est demũ (princeps pacis) patri nos recõcilians. ne forte sicut filij ꝑditionis resurrecturi videremur ad penam. Pacis quoq3 illius non erit finis. vt vera sit salus. que nõ possit timere defectum. hec Bern̄. Hec itaq3 hijs sex nominibꝰ expressa ⁊ in nomine (iesus) inclusa que ꝑfectum saluatorem ꝯstituunt. soli nostro paruulo nulli alteri cõueniunt. ipse namq3 est per quẽ a suis peccatis saluatur populus. recte ergo vocatum est nomen eius iesus. Saluauit autem populum suũ. saluat et saluabit. Saluauit medicinam preparando. Saluat morbũ expellẽdo. Saluabit sanitatem perfectissimam cõferendo. et sine omni defectu ꝑpetue conseruando. Medicine preparatio pertinet ad naturam assumptam. Morbi expulsio ad diuinam. Perfecta sanatio ad vtrauq3. ☞ D Saluauit populum suuz iesus noster medicinam preparando. Medicina autem duo operatur. primo impedimentum sanitatis tollit.

scdo ad sanitatem recipiendam disponit. quā postea natura ipsa artis adiutorio introducit. Jesus noster dulcissimus preciosaʒ medicinam cōmiscuit corpus scʒ sanguinem et animam qua ꝛ impedimentum nostre sanitatis abstulit. et nobis necessarias ad salutis consecutionē dispositiones ministrauit. Magnus siquideʒ fuit hūani generis morbꝰ. mortalis erat imo mors ipsa. nō temporalis tantū. sed eterna. Nam propter peccatuʒ primi hominis (vt ait Ambro. et recitat magister distinctiōe. 18. tercij.) Homini facto dei inimico. decreuit deus hominem non intromittere ad paradisuʒ beatitudinis eterne. imo nec remittere culpam nec dare gratiam adiutricem ad beatitudinis consecutionem. nisi in vno homine tanta exercere tur humilitas que omnibus sufficere posset. q̄nta fuit superbia in primo homine. que omnibus suis nocuit. Offerreturq̄ʒ patri obsequium aliquod gratius. q̄ʒ offensa fuerit displicens et ingrata. Tale obsequium exhibere nemo poterat. nisi persona trinitati magis dilecta. q̄ʒ tota cōmunitas humana. si non peccasset. dilecta fuisset. Tenetur vtiq̄ʒ peccator ad maiorem dilectionem vt resurgat. q̄ʒ tenebat ante lapsum Item vt vult Ans. lib. j. cur deꝰ homo. nō satisfacit aliq̄s ꝑ peccato hominis. nisi reddat aliq̄d maius q̄ʒ sit illud pro quo peccatum facere nō debuit. scʒ ꝑ omī creatura possibili. quia pro nullo citra deum debuit peccasse. ergo nō potest satisfacere nisi reddēdo maius omni creatura etiā simul sumpta. tale homo purus habere nō potuit. sicut etiam talem personam totum genus exhibere nō potuit. quia totum fuit inimicum et deo ingratum.

Misertus itaq̄ʒ nostri deus misit in temporis plenitudine filium suum vnigenitum. factū ex muliere. factū sub lege. i. durāte lege maledictionis. vt obsequiū gratius redderet. Uenit dominus noster iesus christus per carnis assumptioneʒ cum summa caritate et gratia. quia datus est ei spiritus non ad mensuram Joh. 3. Gratissimum ꝛ summū obtulit obsequiū. in quo maxima apparuit dilectio scʒ seipm̄ vsq̄ʒ ad mortē pro iusticia qui maior omībus sub deo fuit. Maiorem inquit caritatem nemo habet q̄m vt animaʒ suam ponat quis pro amicis suis. Sicq̄ʒ suo sanguine cyrographū illud decreti deleuit eosq̄ʒ qui sub huius decreti lege fuerant liberauit et impedimentū sanitatis igneam scʒ rumpheam abstulit et amouit. Hāc autem oblationem a dulcissima pariter et dignissima persona factaʒ. tam grate trinitas acceptauit vt in virtute huius obsequij et nō aliter cūctis viatoribꝰ ad-

futoria salutis necessaria. gratiā scꝫ ⁊ caritatē. quibꝰ opa eoꝝ red derent̄ meritoria largiretur. Et hoc tangit Aplꝰs Eph. 2. dicēs Deus aūt qui diues est in miseri cordia. ꝓpter nimiā caritatē suā qua dilexit nos. ⁊ cū essemꝰ mor- tui pctīs ꝯuiuificauit nos in xp̄o cuius gratia estis saluati. ⁊ cōre- suscitauit ⁊ consedere fecit in ce- lestibus in xp̄o iesu. Et sequitur Gratia em̄ estis saluati ꝑ fidem et nō ex vobis. Item Joh. 3. ait. veritas. Nemo ascendit in celuꝫ nisi qui descendit de celo. Filius hōis qui est in celo. Nemo ḡ ac- ceptat ad vitā. nisi sit in xp̄o siue mēbrū xp̄i. ideo sequitur. Sic deus dilexit mundū vt filiū suū vnigenitū daret. vt omnis q̄ cre- dit in illū non pereat sed habeat vitam eternam. ℭ Ex illo cō siderare nobis expedit q̄ꝫ grauia sint pctā. ⁊ q̄ꝫ fugiēda ꝓ quibus tāta exigit̄ a iusto iudice satisfa- ctio. De q̄ Bern̄. in ser. 3. de nati uitate ita dicit. Ex ꝯsideratione remedij. ꝑiculi mei estimo q̄ꝫtita tem. Nesciebā. sanus mihi vide bar. et ecce mittit̄ virginis filiꝰ. filius dei altissimi. et iubet̄ occi- di. vt vulneribꝰ meis p̄cioso san guinis illius balsamo medeatur Agnosce o homo q̄ꝫ grauia sunt vulnera ꝓ quibꝫ necesse est xp̄m dominū vulnerari Si nō essent hec ad mortē. et mortē sempiter- nam. nunq̄ꝫ ꝓ eoꝝ remedio filius dei moreret̄ Hāc itaq̄ꝫ grauitatē peccati ꝯsiderātes. Carissimi ca ueamus simul ⁊ timeamꝰ benig- nissimū saluatorē nr̄m offendere et eū qui sanguinē suū ꝓ nob lar gissime fudit. iteꝝ crucifigere et ostentatui habere. vt dicit Apl'ꝰs ad Heb. 6. Qm̄ si irritā faciens legeꝫ moysi sine vlla miseratione duobꝫ vl' tribꝰ testibus moritur q̄ꝫto maiora meret̄ supplicia. qui filiū dei ꝯculcauerit. Horrendū inq̄m est incidere in manꝰ dei vi- uentis ad Heb. 10. Ex p̄mis- sis deniq̄ꝫ apparet quō in oꝑe no stre redemptiōis ꝯcurrūt dei mi sericordia ⁊ ꝟitas. Ueritas inq̄ꝫ iusticie s̄m illud ꝓphe. Misc̄dia et veritas obuiauerūt sibi. iusti- cia et pax osculate sūt. Maxime em̄ misericordie opus fuit. homi ni inimico nō habenti vn̄ place- ret. tantū saluatorē cōcedere. ac filiū ꝓpriū tam enormibꝰ penis ꝓpter peccatoris salutē subijcere Maxie etiā iusticie fuit tantam penaꝫ ab vnigenito exigere. Jux̄ illud Ro. 8. Proprio filio suo nō pepercit. sed ꝓ n. o. tra. illum. Magne etiā iusticie fuit ꝓpt̄ ob sequiū tam gratū. ꝑsone tā dile- cte parcere ⁊ tanta remedia ꝯfer re. hijs. ꝓ quibus tāta ꝑsona. tā grata obtulit obsequia. Itē ma- xima fuit misc̄dia in ꝑsona offe- rente scꝫ xp̄o. sic se offerēte ꝓ ini- micis trinitatis. quā summe di- lexit. sed ⁊ magne iusticie tam in compatione ad deū q̄ꝫ hominem lapsum. Exigit em̄ caritas dei et

proximi pro tanto bono cōi ꝯsequendo beatitudine scȝ hominis. ad quā deus p̄destinauerat eū. et disposuit nō aliter q̄ȝ ꝑ huiuscemodi obsequiū ꝑueniri. tale obsequiū exhibere. Exceptȝ vna virtus medicine salutaris saluatoris nostri iesu. q̄ fuit. impedimenti sublacio sanitatis.

F Audiamus quā nob dispositionē medicina hec ꝯferat adquirēde sanitatis. Et certe si bñ verba euāgelij pensauerimꝰ. inueniemus sacramēta fore. quibus homo imediate disponit' ad gratie susceptionē que sanitas est et anime vita. Hijs efficaciam meruit sanguinis effusione Hoc ni fallor subtiliter euāgelista innuere voluit in hoc q xpm nomen iesus accepisse ab hominibus asserit tunc cum sanguinē suum fudit ꝑ quē impedimentū salutis vt dictū est sublatum est. Nō fusum qualitercūqȝ sȝ in circūcisione. q̄ fuit vel vnicū vel precipuū ve. te. sacramentū. Ac si apte diceret. iesum fore saluatorē ꝑ sanguinis effusionē. ipam q̄ȝ salutē participari nobis ꝑ sacramētorū susceptionē. Misericors nanqȝ dn̄s qui in suis operatiōibꝰ ad ex necessitari neq̄t. sȝ mere cōtingēter libera et dignātissima sua voluntate agit q̄cunqȝ agit. licet humanū genus aliter q̄ȝ per filij sui incarnationē. passionē ⁊ mortē redimere potuisset. vt ait aug. 13. d trini. Et similiter mortꝫ sue meritū. i. grātiā posset ꝑticipare sine sacramētis quibꝰ vtiqȝ suā potentiā nō alligauit vt dic magister dis. j. quarti. Quia tm̄ diuina sapiētia que a fine ad finē attigit fortiter ⁊ disponit omīa suauiter Sap. 8. Hoc est. fm q magis cōgruit rebus disponendis. et modi isti nostre miserie sanande plus cōgruūt. ideo ꝓpter nos ⁊ pati elegit. ⁊ instituere sacramēta. Nec eīm aliquē decet beatificari nisi ⁊ ipse sue saluti ꝑ gratitudinē et dei amorē ꝓ suo modulo se disponēdo cooperet' vbi saltem ipotentia nō excusat.

Uerũ q₂ dictante eterne legꝫ sue iusticia. neminẽ inhabitat p gloriam in patria. quẽ nõ inhabitauit p sanctificantẽ gr̄am in via. vt nos a se alienatos. exules. miseros. et errantes. tabercula sua efficeret in via. ac sanctificaret. dignat⁹ est illud figurale ve. te. tabernaculum p moysen erigere. et opiente nube sanctificare. Et in no. te. matiales ecclesias. impensis fideliũ fabricatas. p man⁹ pontificum vnctionib₃ sacris dedicare. ad significandũ piter et prepandũ fidelium corda. quatin⁹ ipsa tabernacula fierent. dñm susceptura De quolibet igit̄ breuiter aliq̇d dicendũ Sed p̄mũ de materiali. Scđo de spũali. ☞ D

Erectũ est itaq₃ nobis tabernaculum illđ quod est materialis ecclesia. Cuius ꝯsecratõis festum. et si nõ solẽnizat vl'is ecclesia. omẽs tñ huc ꝯcurrẽtes ac gr̄am eius pticipãtes. maxie āt inhabitantes festiuant. deo de tãto munere gr̄as referẽtes Au puñ putandũ est mun⁹. tabernaculi hui⁹ erectio. qđ oibus huc venientib⁹ spectaculũ est salutis asilum refugij intutꝫ. fortaliciũ terribile veritutis. Hec em̄ tria olim repta fuere in ve. te. tabernaculo. sꝫ longe pleni⁹ ⁊ pfecti⁹ in no. te. vñ ⁊ recte eidẽ tabernaculi nomẽ cõicant. Siquidem tabernaculum moysi. Fuit ⁊c̄.

In dedicatione templi

Cunctꝫ intuētib⁹ gran
de spectaculū. q: auri ⁊ ar
genti. tabularꝫ ac cortina
rū. gēmarꝫ ac lapidū erat
ↄpositione admirabilⁱ et
artificiosissima p̄ciosum
vt habetur Exodi. 25. et
in sequētibus.

Asilū cunctis afflictis.
eo ꝙ in illo dominus re-
sponsa dabat. Dubia dis-
soluens. vota supplicum.
audiuit. petita concedēs
hostias legales accepit.
Fuit peccata relaxans. vt patet
ex discursu librorum lega
lium.

Terribile fortalicium
inimicis. Nam in eo con-
tinebatur archa federis.
que dum circumgirauit
hiericho muros eius pro
strauit. Que allophilos
terruit et plagauit. 1. Re.
5. Propter quod cū moy
ses pfecturus eam eleua-
bat. dixit Exurge domie
et dissipentur inimici ei⁹
et fugiant qui oderunt te
a facie eius. Numeri. x

☞ E Est quidem hoc no
strum templum materiale. cui⁹
dedicationem festiuamus di-
gnum ammiratione spectaculū.
ppter laudes et cantica deuoto
rum. ppter doctrinā picturas ⁊
libros vtrorumqꝫ testamento-
rum. ppter pacem disciplinam
et concordiam ministrorum.
Est intutis refugij asilum. prop
ter frequētiam orationū. ppter
grātias sacramentorꝫ. ppter in-
dulgētias remissiuas peccatorꝫ
Est deniqꝫ terribile demonibꝫ
fortaliciū. ppter reliquias san-
ctorum. ppter custodias ange-
lorum. ppter christi sacramenta
lem psentiā. et presidia patrono
rum Que modo psequi ac au-
ctoritatib⁹ scripture demonstra
re temp⁹ non patitur. Suffici-
at vel cōmemorasse. ne ipsum cō
taminantes domino pro tot in
grati beneficijs. et nobis ipsis
damnosi. et inutiles arguamur.
☞ Qꝫ si adhuc templum h⁹
domini maledoctus christian⁹
paruipendat. ipsum reuereri di
scat ex figura veterꝫ testamenti.
et zelo christi. Figurale templū
in vete. testa. non potuit ingre-
di manser. nec imūdus. nec quo
modolibet irregularis. sed nec
popul⁹ nisi in atrium. in sancta
quidē igrediebantꝛ sacerdotes.
sed tantum pōtifex summus in
sancta sanctorū et hoc semel in
anno. Si hec ita se habebāt in
tabernaculo figurali. in quo nō
erat nisi arca federis. cōtinens
legis tabulas. manna. et virgā
aaron. Quid de nostro taber-
naculo. in quo corpaliter conti
netur christus cum ceterꝫ supra
dictis? Deniqꝫ frequenter do-
minus predicans peccatores et
peccata q̄ntūlibet grauia verbo

arguit. solam templi sui. dom⁹ dei. iniuriam non ferens. verbo ementes et vendētes dure velut latrones increpauit. et facto de resticulis flagello. zelo patrꝫ accensus. de templo extirpauit. nummulariorꝫ mensas et es subuertit. Et certe que vendebantur ad dei cultum ptinebant. q̄m in templo offerebantur. sed nec in sancta aut sancta sanctorꝫ. sꝫ in atrio ante templū vendebant. vt dicit Lyra sup Johem ca°.2. Et clarius sup Matt.c.21. Lege et relege totum euangelium. non inuenies aliquando p quo cunqꝫ maximo crimie simile aliquid dominū egisse. Unde intelligant. mercatores. cauillatores. vani homines. sui ostensores. quantum domino displicet templum suum pphanantes. et discant tandem venerari domū tabernaculū. tantis sanctificationibus dedicatum. ne eiecti aliquando p domini sententiā. pereant cum tabernaculis impiorꝫ et tantū de pmo breuissime.

☞ f Circa scdm tabernaculum spūale patet aliquomō ex dictis. q pmū tabernaculū idō a deo erectū est. electum z nube opiente sanctificatū. quatinus per hec nos preparati. exhibere mur spiritualia domino tabernacula. in quibus ipse habitare per gratiam dignaretur. Et hoc quidem p omnēmodum est nobis necessarium. Quia nisi christus habitet in nobis. christianū nomen in nobis vacuum et inane est. Neqꝫ em̄ albus est in quo non est albedo. neqꝫ calidus qui calore caret Ita christianus nō est. qui nō habet habitantem in se christū. Hinc quoqꝫ Apostol⁹ loquens omnibus christianis ait. Uosmetipsos tentate. si estꝫ in fide christi vos pbate. Et quomodo pbent statim adiūgit cum dicit. An non cognoscitis vosmetipsos. quia christus iesus in vobis est. nisi forte reprobi estꝫ.2. Cor.13. Ecce pbatio eius. q q̄sqꝫ in fide formata xp̄ianus est. est inhabitatio christi. quē qui non habet reprobus erit. Auertat a nobis id dominus. quia qui reprobus est. et ita non tabernaculū christi. est tabernaculum dyaboli. quia quos reprobat christ⁹ possidet dyabolus Qui enim ini. quorum caput est. et huius capitis membra sunt omnes iniqui. ait Grego. omel.16. Sicut xp̄c iustorum. et Job.41. dicitur. q ipse est rex sup oēs filios supbie Qis āt reprob⁹ inter filios supbie ꝯputat Et q̄d de illis p btm Job.c.20. dicit audiam⁹ Deuorabit inquit eum ignis qui non succendet. affligetur relictus in tabernaculo suo. Suum dicit. quod non domino sed suis concupiscentijs seruire coegit.

g Ne itaqꝫ sim⁹ tabernacula maligni. cū eo igne inextīguibili

cruciādi. cutem⁹ esse tabernacu-
lū xpi cum eo sine fine regnaturi.
Quō id erim⁹. Primū est vt eri
gamur ad dn̄m proposito atq; mē
te. qd̄ si fecim⁹ appropinquabit
et ipe nostre habitationi. Appro
pinquate deo. ait Jaco. c. 4. et
appropinquabit vobis. Sic em̄
die qua erigit̄ tabernaculū ope-
riet id nubes domini. Ad hoc p
singl'os dies vocās eccl'ia Sur
sum corda inquit. Utinā vere re
spōderemus. habem⁹ ad domi-
nū. Dino ait augustin⁹ s. 29. de
verbis euā. nō frustra audiam⁹
sursum corda. Quid eni ponim⁹
cor in terra. cū videam⁹ q; euer-
titur terra. Et ser. 63. catholica
āit germina. mēbra xpi. cogitate
qualē patrē inuenistis xpiani. Co
gitate que vobis hereditas pro-
mittat. non ad p̄sentis t̄pis bo-
na vos factos xpianos. Sz ad
futura que deus promittit.
Propter hoc etiā rectū fecit d̄s
hoiem etiā corpe ipso ait. Berū
smōe d̄ sancto Martino. et os
homi sublime dedit. cum prona
vtiq; spectent cetera animātia
terram. vt attollens ad sydera
vultus. illo suspiret. vbi tam be
atā et p̄hennē ꝯspicit mansiōem
Et Boe. me. vlt. 5. Unica gens
hoīm celsum leuat altius cacu-
men. Atq; leuis recto stat corpe
d̄spicit terras Hec (nisi terren⁹
male desipis) admonet figura.
Qui recto celū vultu petis exe-
risq; frontem. In sublime feras
animū quoq;. ne grauata pessum
Inferior sidat mēs corpe celsius
leuato. Snīa ē ouidij. j. metha-
mor. Bo. et Berū. Ecce primū
est erectio cordis nostri ad deum
per desideriū eternoz. H
Deinde inueniat̄ in nob; . quod
in tabernaculo ve. te. designat̄.
Ibi em̄ in loco digniori arca in-
ter cherubin collocata ꝯtinebat
tabulas ac librū legis. vrnam au
ream māna plenā. & virgā aaron
Sit ergo in digniori nostri ta-
bernaculi pte. hoc est rōnali re-
ctitudo inflexibilis fidei. p vir-
gam significata. que in testimo-
niū veritatis ꝯtrā icredulos flo-
ruit frondu it & nuces produxit.
Sit firmitas spei ad futura cō
sequēda bona. sup omnē dulce-
dinē delectabilia. per māna i vr-
na aurea ꝯtentū denotata Sit
pmpta volūtas p caritatē diui-
nis obediens p̄ceptis. in tabulis
et libro legis descriptis. quoz si
alterz defuerit. non nisi falso ta-
bernaculū dn̄i dici poterim⁹. si-
cut nec christiani Nō em̄ sufficit
fides sine spe. neq; vtrumq; sine
operāte caritate. Audite de hoc
btm̄ augustinū in li. de vita xpi-
ana multa loquentē. Qui xpia-
nus inquit dicit̄. christū se habe
re dn̄m p̄fitetur. Et vere habet
si ei in omnib⁹ obsequat̄ & serui-
at. Si quo minus christi ille nō
famulus sed subsānator est & ir-
risor. qui ei⁹ seruū se dicit cui ser
uire dissimulat. Huic ergo iudi

ciũ geminũ reseruat᷑. ꝛ ꝑ dei sub sãnatiõe quẽ sine causa deũ appellat. Et ꝑ qualitate pctĩ. Nimis insanũ est. min⁹ reuereri maiestatis dñm ꝙ quẽcunqꝫ hoiem vilissimũ. Quis dñm suũ vocat aut sub tecto alteri⁹ iacet vel ꝑ pua mercede seruit. cui⁹ non precepta et monita saltez ꝑ magna precustodiat? Soli⁹ dei. sũmi dñi. sub cuius ꝓtectiõis vmbra viuim⁹. qui omnia nobis dedit et maiora ꝓmisit. vniuersa p̃cepta etiã que grauia non sunt pro nihilo violant᷑. Nolite vos putare xp̃ianos cõtra diuinam legem viuẽtes. Quis eñ tam vanus et miser est ait aug⁹. vbi supra. qui a duocatũ se. cũ lr̃as nesciat audeat ꝓfiteri. Quis tam insanus et excors. vt se profiteatur militẽ. qui nescit arma gestare. Nemo eñi q̊cunqꝫ nomẽ sine causa sortit᷑ Sutor vt dicat᷑. necesse est vt calciamẽta cõficiat. vt vocet᷑ quis faber aut sartor. artis picia facit. Hmõi eñi exemplis agnoscimus. nullũ sine actu nomen sed omne nomen ab actu. Tu ergo quõ xp̃ian⁹ diceris i quo xp̃iani actus non apparent? Et infra xp̃ianus ille est qui vitam xp̃i seq̄tur. qui xp̃m in omibus imitatur Sicut scriptum est. qui se dicit in xp̄o manere. dꝫ sic ille ãbulauit et ipse ambulare. Xp̄ianus est qui deo die noctuqꝫ seruit. qui eius precepta indesinent᷑ meditat᷑. et cogitat. cui⁹ omnis spes in xp̄o est qui celestia potius ꝙ terrena desiderat. qui humana spernit vt possit habere diuina Nemo igitur se decipiat. Nemo se seducat. nisi quis terrena despexerit diuina non capiet. nisi humana ꝯtempserit. nõ potest possidere celestia. Nisi quis iustus fuerit vitam non habebit. Nisi q̃s in omnib⁹ xp̄i mãdata seruauerit. ptem nõ potest habere cum xp̄o Nec quisq̃m xp̄ianũ se iudicet. nisi qui doctrinam xp̄i sequitur et imitatur exemplũ. Quid ergo carissimi de impudicis ac publicis mandatoꝝ xp̄i transgressoribus Num illi xp̄iani putandi sunt. in q̊bus nullus xp̄ianitatis actus. in q̊bus nulla cõuersatio iusticie est. sed nequitie impietatis et sceleris. qui opprimit miserum. q̊ paupem grauat aut res alienas ꝯcupiscit. qui se vt diuitem faciat. plures facit egentes. qui lucris gaudet iniustis. cui⁹ os assidue violatur mẽdatio. cuius labia nõ nisi indigna et obscena et scelesta loquuntur et turpia. De quoꝝ nũero excludi nõ poterũt. qui in hac sancta festiuitate publicas. ñ verẽt exercere mercantias ꝛc. Extende vt placet et oportunitas exigit tempis et loci Amen.

De eodem Sermo. II. in ordine. XLVIII.

In dedicatione templi

Sapientia edificauit sibi domũ. Prouer. 9. A

Desiderata festiuitas omibus tam celestis patrie ciuib⁹. q̄ꝫ terre incolis hodie illucescit. que et si illis dulcior quos supne voluptatis torrēs inebriat. cõsolatior tñ nobis est adhuc in pñti exilio pegrinis. Quid ni cõsolatiorē dixerim a ic deuote ad patriā suspiranti hodiernā festiuitatē. qua sibi domū itelligit edificatā. in qua se recipi. a vitioꝝ ruina sustentari. a caumatibus. frigore. pluuia. et imbrib⁹. hostiumqꝫ impugnationib⁹ defensari. et de hac secure in eťna gaudet tabernacula sublimari? q̇d eni illoꝝ deficeret domui. quam sapiā edificauit. Nā licꝫ dom⁹ quā stultus edificat. illiso illi flumine. descendēte pluuiā. irruentibus vētis cadit. fitqꝫ ei⁹ ruina magna. vtputa sup volubilē arenā fundamētū debile fundata. Nihil tñ hoꝝ timendum est domui quā sapiā extruxit. Illa inquā sapiā. que a fine ad finē attingit fortiter et dis. o. suauiter Sap. 8. Fundať eni supra firmā petram. et colūnis. 7. imputribilib⁹ sustentať. Dicis forte. talē domū sapiam sibi edificasse salomon cõmemorat. quid vero id nobis. cū scriptū legim⁹ Stult⁹ fact⁹ est ois hõ ab sciencia sua. Hiere. 10. Sed memorari optet. q̄ hui⁹ edificatricis sapientie delicie sunt esse cū filijs hoim. Prouer. 8. Idcirco etsi sibi. nõ tamē ob sui indigentiam (cui celū sedes ē. terra aūt scabellū pedū eius Isa. 66. sed ꝓpter nos) domū edificauit. ac colūnis. . 7. firmauit. quatin⁹ inibi recipemur cū eo habitaturi Sicut de ea sapie amator scribit. Apo. 27. Ecce tabnaculū dei cū hoib⁹ et habitabit cū eis. Qꝫ si pgis q̄rere. 7 que est dom⁹ hec tā firmis inixa colūnis ab oi casu secura? H⁰ ni fallor ē catholica ecclesia. teste ap̄lo ad Thimo. 3. Scripsi tibi vt scias quõ te in domo dei oporteat ambulare. q̄ est ecclesia dei viui. colūna et firmamentū veritatis. Huius domus edificatiõem hodie in hoc templo solēniter sicut dignum ē celebramus. qm̄ sanctā eā fore ꝑfectam firmā et omni cultu celeberrimā nemo dubitat. qui hāc esse domū meminit. quā sapientia cuius perfecta sunt opa edificauit. et. 7. in ea columnas excidit ꝑ gratia Aue maria.

B Uidēdū pⁱmo. quõ et qua necessitate sapientia ecclesiā sibi edificauit. Scďo quibus colūnis firmiter sustentauit Ex quibus cetera que dicta sunt patebūt satis Sed nunc de pⁱmo solū. Quantū ergo ad primū Deus excelsus. fontale oim rez principiū. postq̄ꝫ ab eterno. ꝑ infinita potentialis tpis secula. so

lus nullo creaturaꝝ exteriori sti
pat⁹ agmie. in seipo habitās. in⸗
effabilis ac iocundissime. trium
eiusdem deitatis psonaꝝ īmēso
fruet et gau dio in seipo. et de se
ipso naturaliter beatus. voluit
etiam tandē bonitatē suā ad ex⸗
tra diffundere. ac btifice cōica⸗
re In pncipio tpis creaturā ra⸗
tionalē angelicā et humanā pro
duxit (vt tangit mgr di. 21.) sue
btitudinis qua eternaliter bea⸗
tus est capacē. quatin⁹ eā inha⸗
bitaret. et sibi seipm cōicando
btificaret. Ipsa quoqꝫ rationa⸗
lis creatura cum intelligeret. in
telligēdo amaret. amando possi
deret. et possidendo frueret. In
quibus ꝓficeret rationalis crea
tura. nō de⁹. q pfectus ꝛ summa
bonitate plenissim⁹. nec pōt mi⸗
nui nec augeri. Hanc aūt ꝓdu⸗
xit īmortalē si vellet. pfecta ī na⸗
turalib⁹. et ab omnis peccati cō
tagio innocentē. Sed ꝓch pu⸗
dor suo creatori ingrata. et acce
pte btitudinis impaciēs. dū suū
habitaculū tumore supbie feda
uit. inhabitatorē suū. dn̄m ꝛ cre
atorē a se repulit. ꝛ hunc repel⸗
lendo sese pdidit. ꝛ a suo corru⸗
ens principio. morte ppetua sese
cōdemnauit. Collapsa itaqꝫ do
mo prima. misericors dominus
qui in ira sua misericordias non
continet. relicto apostata ange⸗
lo. qui nullo instigante. sed pro⸗
pria malicia peccauerat. aliā de
homine qui serpentis suggestio
ne ceciderat) domū edificare ce⸗
pit. occulta et misericordissima
sua sapientia. cui⁹ fundamentū
et lapis angularis ipe esse voluit
Sicut scriptum est. fundamen⸗
tum aliud nemo ponere potest p
ter id quod po. ē. qd ē xps iesus
1. cor. 3. Et ad eph. 2. Sūmo an
gulari lapide xpo iesu. ī quo om
nis edificatio ꝯstructa crescit in
templum sanctū in domino. Et
glutino sui sanguis. ptes ei⁹. vi
uos scꝫ lapides. sibi ipsi ꝛ inter
se copulauit. quā inhabitaret in
via per gratiā. ꝛ per gl'iam in fu
turo. C Domus istā ec⸗
clesia catholica est. quā ipse dn̄s
dum ex toto genere hūano quos
dam segregatos. a primo scꝫ fi⸗
deli vsqꝫ ad vltimuꝫ in fine mū
di nasciturum in fide mediato⸗
ris. et sacramētis sue benedictis
sime passionis sociauit. ꝓ his se
obtulit. hos sua morte libera⸗
uit. suo sanguine lauit. fide i lu
minando. sua caritate sanctifi⸗
cando gl'ificauit. sicut dt apl's
ad Ephes. 1. Christus seipsum
tradidit ꝓ ecclesia. vt illam san
ctificaret. mundans eam laua⸗
cro aque in verbo. vt exhiberet
se sibi gloriosam ecclesiam. non
habentem maculam neqꝫ ru⸗
gam. sed vt sit sancta et imma⸗
culata. ꝛ Ephes. p°. Gratifi ca
uit nos in dilecto filio suo. in
quo habemus redemptionem.
per sanguinem eius remissio⸗
nem peccatorum. sm diuicias

gratie ei⁹. que abundauit in nobis. Seq̃tur Instaurare omia in xp̄o que in celis. et que in terris sunt in ipso. Sicq; ex fidelibus q̄s elegit. q̄si ex viuis lapidibus domū sibi edificauit. quā ꝛ sponsam et corp⁹ suum esse voluit. De domo dr apl's Hebr. c. 3 Xp̄c tanq̃ filius in domo sua q̄ domus sum⁹ nos. si fiduciam ꝛ gloriā spei vsq; in finē retineamus De scd̄o. cū apl's de matrimonio locut⁹ fuisset subdit Sacramentū h̄ magnū est. Ego āt dico vobis. in xp̄o et ecclesia ad Eph̄. 5. De tercio dr idem ad Eph̄. 1. Dedit ip̄m caput super omnē ecclesiā. que est corpus ei⁹ Cui deniq; vt Petr⁹ in. 2. ep̄la. c. 1. ait. Maxiā et p̄ciosa dona donauit. vt efficiamini ꝯsortes diuine nature. fugientes eius q̄ in mūdo est ꝯcupiscētie corruptōem Alioquin si in ecclesia male viuitur. preciosa hec vite et̄ne ꝓmissio non adq̄ritur. vt vult Aug⁹ in de fi. ad pe. D

Ex his duo possunt elici documenta et duo hortamenta. Prima doctrina. Extra catholicā ecclesiam. cui p̄ christi fidem et baptismū incorꝑamur. sal⁹ nulla. ā quo q̃ poterit expectari Patet attendenti ex p̄missis. quia quidquid segregatur a massa ꝑditionis. p̄tinet ad officiū ecclesie. Quod etiā veritas ipsa aptissime docet. Joh̄. 3. dicens nicodemo. Nisi quis re. f. ex aq̄. et spū. nō. p. in. in regnū dei. Sed nec spiritus ex̄ ecclesiā dat̄. Nec extra eā aqua abluit sordes peccatorū. vt late ostendit Aug⁹. s. xi. de verbis dn̄i. Item ibidem Qui non credit. iam iudicatus est. q2 nō credit ī noīe vnigeniti filij dei. In cuius nomīe quisq̄s credit. omnimode alienus ab ecclesia non censet̄. De quo etiam Aug⁹. in de. fi. ad. pe. ait. Ad vitam eternā accipiendā. nunq̃ potest esse idoneus. qui ab ecclesia catholica manserit alienus. In ecclesia catholica tantummodo potest ꝓdesse. et p̄ceptio baptismatis. et opā misericordie. et nominis xp̄i gloriosa cōfessio. Ad idem loquit̄ beatus. Greg. 35 moraliū. c. 12. Catholica ecclesia sola est. p̄ quā dominus sacrificiū libenter accipit Sola que p̄ errātib⁹ fiducialiter intercedit Sola in qua opus meritorium fructuose peragitur Sola que intra seposita. solida caritatis cōpage custodit. Sola in qua supna misteriā veraciter cōtemplemur. Unde et mercedem denarij. nō nisi q̄ intra vineam laborarūt acceperūt. et aquā diluuij arcam quidē ad subliniora sustulit. omnes autem quos extra arcam inuenit extinxit. Et hoc in symbolo ꝯfitemur. dum codē articulo quo sanctā ecclesiā catholicam. etiā remissiōem pctōꝝ ꝯfitemur. q2 extra ecclesiam nō est remissio pctōꝝ. vn̄ Greg. 18.

moraliū.c.58.expōnēs illō Job
28. Amor loc⁹ est in quo ꝯflatur
dicit. Una est ecclesia. in qua q̇s
q̇s cōflari voluerit. ab oi etiam
poterit pctōꝝ labe purgari. Si
q̇d ꝑ deo amaritudinis. si quid
tribulatōis extra hanc positi su
stinetꝫ. incendi potestis tm̄⁹. nō
purgari. Ex q̄ manifestū est
nullū in deum. gentilē. hereticū.
scismaticū. aut varijs supstitōi-
bus ꝯtra ecclesie doctrinā teme
reertantē. nisi ad ecclesiam redi
erit. vitam ꝯsequi sempiternam
E Sed ceca misicordia q̇-
dam durū hoc iudicant. p̄ſtim
quantū ad gentiles remoti⁹ egē
tes. ad quos etiā fama catholi-
ce fidei nō ꝑuenit. q̄ vtiqꝫ crede
rent si p̄dicationē audissent Ne
qꝫ eñ credere pn̄t in eū quē non
audierīt. neqꝫ audire sine p̄dica-
te Ro.x. Quib⁹ p̄mū dici pt il
lud apl'i Ro.9. Nunq̇d dt fig-
mētū ei q̄ se finxit. cur me fecisti
sic? An nō hꝫ potestatē figulus
luti. ex eadē massa facere aliud q̇
dem vas in honorē. aliud ꝟo in
cōtumeliā? Noli altū sape. sꝫ ti
me Nouit eñ dn̄s q̇ sunt ei⁹. 2.
ad Thio.2. Uerꝫ ne puteī apud
dn̄m esse acceptōꝫ ꝑsonaꝝ. ꝛ nō
magis. vt petr⁹ ait Act.x. In oi
gēte q̇ timet deū. ꝛ opaī iusticiā
acceptus est illi. Hoc firmiter
stante. ꝙ sine fide impossibile est
placere deo Heb:e.xj. Dicendū
ꝙ in facientē qd̄ in se est. non ca-
dit culpabilis ignorantia eoꝝ q̄
necessaria sunt ad salutē. qm̄ vt
dt Berī. in floribus. Spūssan
ct⁹ talē hoiem de necessarijs ad
salutē q̄ vires suas excedunt im
mediate docere patus est. vel sal
tem mittere ꝑ quē doceaī. Sic
legiī de Cornelio Act.x. Et de
eunucho regine candacis Act. 8.
Illi misit petrum Isti phillippū
dyaconū Cristinā ꝟo et barba-
ram virgines ꝓm hystoriaꝝ fidē
īmediate sine humano misterio
edocuit ꝛ erudiuit Frustra ḡ est
infideliū excusatio. qꝛ facientibꝫ
quod in se est. deus nunqꝫ defi-
cit in necessarijs ad salutē. F
☞ Secūda doctrina. Non
omnes qui intra ecclesiā sunt fi-
de et numero salutē finaliter cō
sequētur Nam ad vite ꝯsecutio
nē nō sufficit xp̄o incorꝑari fide
nisi etiā ei inhercam⁹ grā. ope. ꝛ
amore. Nam sic mēbꝝ aridum.
membꝝ quidē corꝑis est. sꝫ tanqꝫ
mortuū nullū ꝑcipit cū corꝑe de
lectationis sensum Ita qui cre-
dit ꝛ non opando diligit. in cor
pore ecclesie est. velut membrum
mortuum. sicut Jacobus ait.
fides sine opibus inanis ꝛ mor-
tua est. et ideo sūme ac beatifice
delectationis cū viuo corꝑe est
nulla tenus ꝑceptiua Hoc est qd̄
dn̄s ait Joh.13. Si hec scitꝫ. be
ati eritis si feceritis ea. ꝛ iacob⁹
Non auditor obliuiosus. sꝫ fa-
ctor opis in facto suo beat⁹ erit
Jaco.j. et apl's.1.cor.4. Nō in
sermone sed in virtute est regnū

dei. Et querenti legis doctori
queadmodū regnum dei possi-
deret. dum bene senserat in lege
ait domin⁹. Bene respondisti.
Hoc fac et viues Lu. x. ꝛ Aug⁹
in de fi. ad petr. Intra ecclesiā
catholicam vita eterna non adq̄
ritur. si post baptismū male vi-
uat. Cōprehendit itaqꝫ ecclesia
in p̄senti tempe bonos ꝛ malos.
hedos et agnos. reprobos et ele
ctos. ideo comparatur arce Noe
in qua animalia munda et imū-
da Arce in qua triticum cum pa
lea. Sagene pisces bonos ꝛ ma
los continenti Numero. x. vir-
ginum. cū prudentib⁹ fatuas cō
prehēdenti. Et nuptiali cōuiuio
veste nuptiali vestitos et ea carē
tes cōplectenti. ☞ B

Nunc ergo carissimi magnū
illud et inestimabile diuine pie-
tatis beneficium nulla vnq̄ꝫ de-
cordibus vestris deleat obliuio
quo vocati estis. de tenebris er-
rorum ad lumen fidei. de massa
pditionis ad cetum electorum.
In domum dei de habitaculo
demonioꝝ. vt veraciter de vobꝫ
dicat ap̄loꝝ p̄nceps. Uos estis
genus electum. regale sacerdoti
um. gens sancta. populus adq̄si
tionis. vt virtutes annuncietis
eius qui de tenebrꝫ vos vocauit
in admirabile lumē suum. Qui
aliquando nō popul⁹. nunc aūt
populus dei. Qui aliquando
non consecuti misericordiā. nūc
autem misericordiam consecuti
j. Pet. 2. quia credentes exulta
bitis leticia inenarrabili. et glo
rificata. reportātes finem fidei
vestre salutem animaꝝ. j. Pe. j.
An non misericordiā singularē
consecuti. qui nullo vestro meri
to. sed sola eius mi̇̄sericordi boni
tate. de statu damnatōis erepti
illo positi estꝫ hoc est ecclesie scē
incorpati. vbi viam rectam eter
ne salutis agnoscere. et redemp-
tōnis fructum cōsequi valeatis?
Reuera. Non fecit taliter omi
natōni. et iudicia sua nō mani-
festauit eis. De hoc pulcre. Ue-
nerabilis Hugo in suo soliloq̄o
animā suam alloquēs ait. Quot
et quales in compatōe tua abie
cti sunt. qui hanc grām cō sequi
non potuerunt? Certe audisti.
ab initio vsqꝫ ad hanc diem. q̄ꝫ
multe generatōnes hoīm ptran
sierunt. que omnes sine cognitō
ne dei. et precio sue redemptōis
in interitum sempiternū dilap-
se sunt Nunq̇d tu fortior Nun
quid sapientior? Nunquid di-
tior omnibus hijs fuisti? Quot
fortes. quot sapiētes. quot nobi
les. quot diuites ibi fuerunt. et
tamen vniuersi relicti et abiecti
perierūt? Et ne forte tue electio
nis causam estimes, precognitū
bonum vsum naturalium ꝛ gra
tie pcipiende. Attende diligen-
tius quot abiecti. qui q̄ꝫ excellē-
tius gratia freti fuissent. satis
probat naturalium bonus vsus
quorum nōnullos philosophos

scz vt Hiero. ad demetri scribit. castos. patiētes. modestos. liberales. abstinentes. benignos et honores simul mūdi et delicias respuentes. et amatores iusticie non minus q̄z scientie audiuit. vidit. legit. Alienos quidē a do nature bonum sectantes. Pre omnibus hijs derelictis. assumpta es. ait Hugo. Et quare hoc in te factum fuerit. nullam p̄ter gratuitam saluatoris tui caritatem inuenire potes. Elegit ergo et preelegit te sponsus tuꝰ. amator tuus. redemptor tuus. deus tuus. et omnibꝰ nomine suo vocauit te. vt memoriale eius semper esset apud te. voluit te participem esse in nomis veritate. quoniam vnxit te illo quo et ipse vnctus est oleo leticie. vt ab vncto sit vnctus. qui a christo dicitur christianus Hoc est vnde nobis hodie exultandum. vnde nobis est in domino gloriandū. Propter qd̄ tota animi virtute gratias domino agentes clamemꝰ cum beato petro. Benedictꝰ ds et pater domini nostri iesu christi. qui fm magnam mi̅ficordiā suam regenerauit nos in spem viuam. in hereditatem incorruptibilem et incōtaminatā ꝯseruatam in celis. que regeneratō. edificatio est. qua nos tanq̄z viuos lapides in seipso fundamento ⁊ angulari lapide. sapiā sibi edificauit in domos spūales.

☞ D. Demum exhortandi estis vt memores scđe doctrine. caute. obedienter. et solicite ambuletis in ecclesia dei. quā sola gratia dei introistis. Ne hoc ipsum quod in ecclesie edificio sublimati estis. nō sit ad salutem ꝑfectio. sed ꝓfundior damnatio quia teste dn̄o. Tyro et sydone terre sodomoꝝ ⁊ gomorre remissius erit in die iudicij q̄z fidelibus pniam dissimulantibus. qz melius erat illis nō cognoscere viam iusticie. q̄z post agnitōnem retrorsum ab ipso conuerti. 2. Pet. 2. Et seruus qui cognouit voluntatē domini sui ⁊ nō fecerit eam. vapulabit multis Qui vero nō cognouit et fecit digna plagis. vapulabit paucis Luce. 12. Caute ḡ ambulandū est. ne seducti. credētes omni spiritui errori. quia in nouissimis temporibus ait apostolus. j. Thio. 4. Recedent quidā a fide. attendentes spiritui erroris et doctrine demonioꝝ in ypochrisi. loq̄ntium mendatium. et cauteriatā id est obstinatā habentes conscientiā. Et. 2. ad Thio. 2. Ad idem loquitur vbi cōcludit. Et hos deuita. Ideo necesse est spiritus ꝓbare si ex deo sint. Hinc hortat͛ ioh. j. Joh. 4. Hij āt ex do sunt q̄ doctrine vl'is ecclesie (q̄ mater ⁊ magistra est oīm) ⁊ apostolice cōsonant. sicut Johānes ait. Qui nouit dn̄m audit vos. q̄ nō est ex deo nō audit vos In hoc ꝯgnoscimꝰ spm̄ veritatis et

spm̃ erroris. Et de aplis et eorꝫ successoribus. ait dñs Luce. x. Qui vos audit me audit. et qui vos spnit me spnit. et Aug⁹ in epl'a fundamẽti Euangelio nõ crederẽ nisi crederem ecclesie

Ambulandũ est etiã in ecclesia obediẽter. et in nullo repugnandũ. omnia quoqꝫ ei⁹ mandata cum veneratõe acceptãda sũt et implenda. qꝛ qui ecclesiam nõ audit. sit tibi sicut ethnic⁹ et publicañ⁹ ait dñs Math. 18. Solicite deniqꝫ ⁊ vigilanter ambulandũ est. sicut Paul⁹ d't Digne ambuletis vocatione qua vocati estis Eph. 4. Et sicut petrus monet. 2. Pe. j. Satagite vt ꝑ bona opa vestra certã vocatõez vestrã ⁊ electõem faciatis. sic enĩ scilicꝫ ⁊ nõ aliter abũdanter ministrabiꝶ vobꝫ introit⁹ in regnũ dñi nñi Neõ seipm vana spe (verius vana p̄sumptiõe) decipiat. sibi ipsi blandiẽdo d. Credo credenda ⁊ baptisat⁹ sum. ideo ꝭm euangeliũ Mar. vlt. saluabor. Nolite errare d't apl's. Deus nõ irrideꝶ Que. n. semiat hõ hec ⁊ metet. De carne corruptõem. de spũ vitã eternã. bonũ ãt faciẽtes nõ deficiã⁹ Dum tps hẽm⁹ opemur bonũ Gal. 6. Nihil ꝑficit esse in ecc'ia nũero ꝑ fidẽ. nisi in ea edificemur ⁊ merito ꝑ caritatẽ dei opantẽ Nã q̇ diligit. ⁊ sermonẽ dĩ quẽ i eccl'ia audit i opere ꝭuat. hũc pr̃ veniẽs cũ filio inhabitat. mansiõꝫ apd eum faciẽs. hũc sapia edificat sib' d omũ in p̃nti. suscepturꝰ eũ in domũ eternitatꝫ sue in gl'ia btõꝝ Amen

De eodem Sermo. LI. in ordine. XLIX.

Emplum dei sanctũ ẽ. i. Cor. 3. vl' Coedificamĩ in habitaculũ dei. Eph. 3.

A Festiuitatẽ solennẽ dedicatõis tẽpli. dom⁹ dñi. hodierna die agim⁹. Jdo tante solẽnitatꝫ cãm et misteriũ ignorare nõ d'bem⁹ Solẽnitas quid ipsa. cunctꝫ nota ẽ. qm̃ multi ad eam de vicinis ꝯfluũt ecclesĳs Sꝫ ignorãt pleriqꝫ q̄re ⁊ qũo ꝭm institutõm ecclesie rite sit agẽda Sũt nãqꝫ q̇ festũ dedicatõꝫ egisse se gl'iantꝶ si splendidiora prepauerint ꝯuinia. si aduẽtantib⁹ amicꝫ cibos exhibuerit lautiores. sꝫ ignorãt illi tanqꝫ carnales (curã carnis i desiderĳs agentes (festiuitates ecclesie (ꝭm bern̄. ꝭ. j. d oib⁹ sanctis) ad aĩas magis q̄ꝫ ad corpa ꝑtinere Siq̇dem delicatiora parum ꝑ fercula ꝑ̄pare corpusculo. ꝭuato tñ moderamĩe. refectisqꝫ copiosi⁹ paupib⁹ in clariorib⁹ festiuitatib⁹ non reprobatꝶ Docet idipm btũs Hiero. in epl'a q̄dã ad marcellã d mũerib⁹ acceptis in die sancti petri q̇nimo illud p̄ceptũ fuit sinagoge ⁊ vsus habꝫ eccl'e. q q̇tidiana in dñicꝫ ⁊ festiuitatib⁹ maiorib⁹ soluũt ieiunia

Sed ita corpi puideatur vt pus aia sacietur que dignior ho minis est portio. et ad quã vt di ctũ ẽ mag⁹ ptinere festa dinoscũ tur Hoc agim⁹. si cãm festi in dagãtes. ac deuotõres in domo dñi zparẽtes. laudes debitas p beneficijs acceptis. pri miaꝝ p soluam⁹ toto corde. nosqꝫ ipos in habitaculũ dei prepam⁹. fm exhortatõꝫ apl'i cũ inqt. Coedi ficami ꝛc. Primo igit viden dum erit. ob quã causaꝫ agatur dedicatõnis festũ. Scdo qmõ sit illud a nobis legittime pagẽ dũ. Uarias solẽnitates sub diuersis ceremonijs celebrari ec clesia sancta xpianis istituit. vt multipliciũ bñficioꝝ dei meõri am. cũ grãꝝ actõe innouem⁹. ac per h ad maiora pcipiẽdi prepe mur. Sic em̃ ob memoriã libe ratõis ppl'i isrl' ab egiptiaca ferui tute in manu forti. percussis in vniuerso egipto pmogenit. iussit dñs celebrare p singulos an nos festa paschalia ac agnũ mã ducare. fm ritũ Exo. 12. descrip tum. sic festa tabernaculoꝝ fu̾ ri precepit Leuiti. 24. de quib⁹ Deutro. 6. ita dr Custodit testi monia. precepta. et ceremonias dñi dei tui. Seqtur cum inter rogauerit te filius tuus cras di cens. quid sibi volũt testimoia hec atqꝫ ceremonie et iudicia. q pcepit nob dñs deus nr̃. dices ei. Serui eramus pharaonis in egipto. et eduxit nos dñs in ma nu forti. fecitqꝫ signa et pdigiã magna ꝛ pessima in egipto ꝯtra pharaonẽ et omnẽ domũ illius in ꝯspectu nostro. et eduxit nos inde. vt introduct daret terrã quã iurauit patrib⁹ nostris Ec ce primũ. scꝫ institutio festoꝝ ob memoriã bñficioꝝ receptoꝝ Et quo ad scdm. scꝫ beneficia reci pienda. Seqtur ibidem. Pre cepitqꝫ nobis dñs. vt faciam⁹ oia legittima hec. et timeam⁹ dñm deum nostꝝ. et bene sit no bis cunctis dieb⁹ vite nostre. sic est hodie. eritqꝫ nobis misicors scꝫ in futuro. si custodierim⁹ et fecerimus oia pcepta ei⁹ coram deo nostro. sicut mandauit no bis. Cum ergo nõ nullũ. nec puum. imo magnũ. verius maxi mũ sit beneficiũ dei. qꝛ indignis nob mansiões. templa. siue do mus preparare et sanctificare dig natus est. in qbus nobiscũ habi tare decreuit. tam in via qꝫ in pa tria in eternũ. Ideoqꝫ dom⁹ dei templa dñi recte appellant. In quib⁹ ꝛ ꝯuiuia et diuersa nccia preparauit. fm omniũ ꝛ singuloꝝ oportunitatẽ Infirmis medici nam Purificandis aquã salu tarem Debilibus refectõem cõ fortantẽ Sanis cibum delectã tem. virtutũ ornamẽta robust defensiõis arma timidis Custo diam singulis. gloriã. honorem et diuitias vniuersis. quib⁹ in habitãtes. reficit. sustentat. de lectat. et ꝯseruat Merito ergo

hoꝝ bñficioꝝ memoriã agentes diem festum agim⁹ ⁊ in laudib⁹ et grãꝝ actõnib⁹. deũ adorãtes grati de exhibitis. orõnibusq3 ac merit3 aptantes nos exhibẽdis. tanto mag3 q̃nto mansiões q̃s nob3 prepauit dñs in tpe et eternitate. cib us ac cetera necessaria. meliora sunt. et sine ꝯparatione digniora mansiõib⁹ deserti ac terra ꝑmissiõis. manna celi. aqua q̃ de petra ꝑ moysen educta est. et ceteris inibi acceptis beneficijs Pro quib⁹ tñ iudei. nedum qui beneficia acceperũt. sed ⁊ coꝝ filij. festa in hoꝝ memoriam diuino ꝯstricti pcepto solennissime celebrarunt. Non eñ patres nostri tantũ. s3 eque nos ⁊ posteri nostri domoꝝ dñi beneficijs vtimur et gaudemus

¶ Sunt aũt mansiões q̃s nobis prepauit dñs quattuor. Est eñ mansio illa celestis. domus regis eterni. templũ beatitudinis. ad quã suspiram⁹. De qua in psalmo. dr̃ Beati q̃ habitãt in d. t. d. i secula seculoꝝ laudabunt te. et. 2. Coꝝ. 5. Edificatiõem ex deo ha bem⁹. domũ nõ manufactam. sed eternam in celis. Est ⁊ mansio vniuersalis ecclesia. oĩm scilicet fidelium cõgregatio in terris. Quam preuidens Aggeus ait. c. 2. Magna erit gloria istius domus nouissime plus q̃3 pme dicit dominus exercituũ. i. ecclesie q̃3 synagoge Est et domus dei quelibet aĩa fidelis. quã dñs inhabitat. De qua ad Hebre. 3. Xp̃c tanq̃3 filius in domo sua. q̃ domus sum⁹ nos. si fiduciam ⁊ gloriã spei vsq3 in finẽ firmam teneam⁹. Est demũ mansio dñi. domus illa materialis dño cõsecrata. de q̃ Jacob Geñ. 28. Terribilis ait est locus iste. vere nõ est hic aliõ nisi dom⁹ dei ⁊ porta celi. Item Luce. 19. Domus mea domus oratõis vocabit̃. Omẽs has domus dñs nõ solũ edificauit. sed et sanctificauit. Celestẽ dum ꝓiecit luciferũ antiquũ s̃pentẽ. de quo Apoc. 12. Ecclesiã vl'em dũ illam in cruce dormiẽs. sanguine ⁊ aqua de latere suo effluentibus sanctificando. ab omi macula lauit. absq3 ruga vt tangit apl's ad Ephe. 5. Aiam fidelem. dum in baptismo regenerans. ꝑ fidẽ infusam sibi despõsauit. de quo Osee. 2. Despõsabo te mihi in fide. Ecclesiã materialẽ. dum ꝑ manus põtificũ ꝯsecrauit ¶ Prima dom⁹ ꝑ̇ncipalior est et suꝑ omnia desiderabil'. De q̃ in psal. Dilexi decorem domus tue. et locũ habitionis glorie tue. Et iterum. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Ad hanc tendim⁹. quoniam in illa beatitudinẽ ac summum bonũ expectamus Uerũ non nisi ꝑ alias tres istam summã intrare possumus. Non eñ intrare potest quis vitam beatam. nisi hic ecclesie membꝝ fue

rit. et in eã in finẽ pmanserit. sic Aug⁹. sup ioh. o. 45. exponens illud Joh. 1. Ego sũ ostiũ. p me si q̇s itroierit saluabit et ingredietur et egredietur et pascua inueniet. c. x. ait. Nõ pt q̇s p ostiũ. i. p xp̃m ingredi in eternã vitã. q̃ erit in spẽ. nisi p ipm ostiũ. i. eũdẽ xp̃m i ecclesiã ei⁹ q̃ ẽ ouile ei⁹ intrauerit ad vitam temp̱alem. que est in fide. Ecclesiam ergo intram⁹ p fidẽ et baptisma. q̃ in materiali tẽplo suscipim⁹. Nec tñ sufficit foris in eccl'ia hitare. nisi etiã domũ nostrã inhabitẽ⁹ cũ xp̃o. aie purgatõi 7 ꝯtutũ ad q̇sitõi studentes Ait eñ dñs. regnũ dei intra vos est Luc. 17. ħ est xp̃c inhitans p fidem. Hinc Deutro. 30. Prope est verbũ in ore tuo 7 in corde tuo. ppter qḋ hortatur moyses ibidẽ. 4. Custodi temetip̃m 7 aiam tuã solicite.

E Prepat q̃z dñs in q̃libet har ꝯuiuiũ. differẽter tñ. ꝰm q̃ cuilibet ꝯueit. In celesti. ad plenam sacietatẽ 7 oim desideriorum expletiõz. ps. Inebriabũtur ab vbertate dom⁹ tue 7 tor. vo. tue potabis eos. Nec mirũ qm̃ dñs pcinget se. et fi. d. e. t. m. ĩllis ps. Saciabor cũ appuerit gl'a tua.

In domo q̃ est eccl'ia militãs ppat cenã magnã sacrorum. ꝯuiuium fidei Illi⁹ p̃ſtim sacri eucaristie vbi eundẽ panẽ fidelibus porrigit. velatũ tñ spẽ sacrali. q̃ fruunt bti facie reuelata. puer. 9. Sapia edi. si. do. ex. co. 7. immolauit victimas suas. Mis. vi. et po. mensã Hec aũt pticipamus regul'r in eccia mãli. in q̃ cibus ħ et sacrorum vasa. i. materie sanctificate ꝯſuant. ipsa q̃z sacrmẽta dispensant Sed et in eã mensa ꝯbi diui copiose adornata fercl'orum diũsitate. i. doctnarũ multiplicitate. De q̃ scribit Nõ in solo pane viuit hõ. sed in omi verbo qḋ pcedit ḋ ore dei. Mat. 4. Deutro. 8. In aniã deniq3 hois. dulcissimũ ꝯuiuiũ prepauit. sed eis tm̃ q̃ in timore dñi. dñi visitatiõem expectant. spretis ꝯsolatõib⁹ seculi caducis de q̃ ipse ait Ego sto ad ostiũ ⁊c. Apoc. 3. Hic cib⁹ paupm spũ in affectu. 7 si nõ in vsu. qui ppter deũ oia reliquerũt. que h⁹ seculi hoies igrãt. vñ ppha. Parasti in dulce. t. paupi ds. Et in cantico ꝯginis. Esuriẽtes impleuit bo. ⁊c. Que expt⁹ quid ꝯuiua dixit. O magñ multitudo dulcedinis tue. quã abscõdisti timẽtib⁹ te. Hec st ꝯuiuia. ħ bñficia q̃ dñs fidelib⁹ ppauit. q̃ cũ gaudio ꝯmeõrãtes. dic hodienũ i di laudib⁹ festiuã⁹. q̃ mãlis ħ do⁹ põtificis misterio ꝯsecrata ẽ. 7 crismate sacro vncta q̃ figura ẽ ceterarum. p quã. 7 in q̃. q̇si p portã. ceteras igredimur do⁹. qm̃ in illa fide 7 sacris ḋspõsamur. inuitamur. purificamur. istruimur. g̃tificamur. ornamur. 7 ad implẽdum domũ dñi celestẽ. ibiq3 conuiuandũ mõs oibus prepamur.

In dedicatione templi

F Dicto breuiter cur dedicatõis festũ a nobis agitur. Videam⁹ ɔseq̃nter quõ agendũ sit

Res aũt q̃libet ordinata ad finem. tunc recte agitur si ꝑ eam finis hmõi attingatur Finis aũt et domoꝝ dñi. et festiuitatis presentis est vt ꝑ hec purgati. refecti. ornati. grati. dispositi. aulã magnam domũ nõ manufactã. in celis igrediamur. atq̃ȝ illi⁹ cõuiuij eterni (cene infinibil' et beatifice) facti ɔuiue. cũ dño deo nr̃o in abundantia gaudioꝝ. et omis boni plenitudine festa perpetua celebrem⁹. S Quõ vero finem attingere possimus zacheus nos docet i euangelio. Hic em̃ q̃rebat videre iesum q̇s esset. Pusillũ se attendit. arborem sicomoꝝ ascẽdit. In domũ suam dñm gaudẽs suscepit. Cõtrã murmurantes ꝑseuerãter stetit Oibus ꝑfecte satisfecit Ecce gradus sex quib⁹ ascendẽdum est ad ꝑfectõem salutis vt in templũ dñi coedificemur.

Prim⁹ est desiderare deũ. et ꝑ desideriũ q̃rere. vnde Beda. Que amam⁹ videre desiderã⁹. Ab hijs que execramur. intuitũ festinam⁹ auertere. Videt autẽ iesus videntẽ se. eligit eligẽtem. amat amantem. Sed q̇d querebat videre in iesu Nunq̇d quid ageret. quibus bñfacerȝ. quos argueret? Non. sed quis esset Primo querũt mercenarij. ps Cõfitebitur tibi cum bñ feceris ei. scdo fui Multiplicate sunt infirmitates eoꝝ. postea accelerauerũt. tercio filij. hij querunt deũ ꝑpter se. qꝛ summũ bonum

Scds gradus est pusillum se attendere. zacheus pusillũ se attendit. nihil de se ꝑsumendo. ꝑpter stature ꝑuitatẽ qꝛ si q̇s existimat se esse aliq̇d cum nihil sit ipse se seducit Gal. 6. Item ꝑpter turbe impedimẽtũ. Turba est noxie ɔsuetudines. passionũ tumult⁹. hoim maloꝝ auersio et in bono icrepatio. vt pȝ de ceco quẽ increpabant vt taceret. Presumũt em̃ q̇dam de volũtatȝ sue libertate. sed non attendunt q̃ȝ fortiter ligatur passiõibus q̃tuor. q̃ȝq̃ȝ obruitur cõsuetudine et falsa hoim laude. Hij em̃ sũt q̃ttuor portitores qui filium vidue defunctum efferunt extra naym Tercius arborem sicomoꝝ ascendere. Ascendit autez zache⁹ sicomoꝝ. i. ficum fatuã que crux xp̄i dꝛ ẜm apl'm cũ inq̇t Predicam⁹ xp̄m crucifixũ gentibus stulticiam. Ascendit itaq̃ȝ crucẽ dñi. ꝑ quã ꝓ nobis vicit In ei⁹ merito sperando. ait em̃ Joh. 16. Confidite qꝛ ego vici mundũ. Quartus in domũ gaudẽter suscipe. Suscepit itaq̃ȝ zacheus dñm in domũ suam gaudens. tanq̃ȝ redemptorẽ. creatorem et rectorẽ suũ. ꝑ hilarem obedientiã ɔstituens eum dñm domus sue et rectorem ois possessionis sue. vt iam nõ in se sed

in dn̄o glorietur. ⁊ in eius cruce Sit qꝫ bonū nō ex necessitate sꝫ hilari voluntate ad philemonē Nam hilarem datorem diligit deus. 2. Cor. 9. dicens cū aplo Gal. 6. Mihi absit gloriari nisi in cruce. Quint⁹ ꝯtra murmurantes ꝑseueranter stare. stetit zacheus ꝑseueranter contra mundū. carnem. ⁊ animū. sciēs quia non incipienti sꝫ ꝑseueranti salus debetur ⁊ corona Nam qui etiā vltima hora venit. si saltem ꝑseuerauerit denariū accipiet Matth. 20. Non qui pmo mane sed abijt. sola em̄ ꝑseuerātia coronabit Apoc. Sextus oib⁹ ꝑfecte satisfacere Omnibus ꝑfecto satisfecit zacheus ꝓximo dando dimidiū. qđ fit cum ip̄m sicut se se diligit. Deo reddendo quadruplū. spem scꝫ timorē. dolorem et amorē. Fraudauit em̄ dn̄m. dum hec mūdo impendit. deum ꝓpter se se ⁊ ad comodū sui finaliter timēdo. et amādo. Reddidit ꝓo dum hec filialiter ꝓpter deū. soli deo impendit Ecce gradus sex quib⁹ ꝯtingit ascensorem ꝑuenire ad brauium salutis eterne. cui⁹ ꝯsecutio ⁊ dei laus ꝑpetua sine fine mansura finis est oīs solēnitatis temꝑalis. Quid em̄ ꝓdest festis interesse hoīm. si abesse cōtingat festꝭ angeloꝝ. His ergo gradib⁹ exēplo zachei. ad dn̄m ambulare conemur ⁊c̄.

De eodem sermo. IIII. in ordine. L.

Scieēt mihi sanctuariū. et habitabo in medio eoꝝ. verba sūt dn̄i ad moysen cū ascendit in mōtem. Exo. 25. A Festum magnū. spūali gaudio plenum. hodie nobis offertur celebrandum. festum vtiqꝫ erectōnis. fabricatōis et sanctificatōꝭ tabernaculoꝝ dei seu ecclesie n̄re Nō tale quale celebrauerunt iudei. Isti nanqꝫ sicut eis p̄ceptū fuit. Leui. 23. septem dies solēnes in tabernacul' extra tecta sub frondibus arboꝝ agebant. in memoriam sue eductiōis ꝑ desertū de terra egipti. sed agim⁹ festū diē erectiōis et sanctificatiōis hui⁹ materialis templi ꝑ man⁹ pontificum ꝯsecrati. in quo ad n̄ram salutē inhabitare dignat dn̄s ad sac̄mentoꝝ ꝑticipatiōem ad ꝑsonalem sanctificatōē. ad meritoꝝ ꝯparatōem ⁊ demū ad eternam beatificatōem. Hinc festū iudeoꝝ. vmbra quedā veritatis fuit. que ad nos vsqꝫ ꝑuenit.

Est aūt dedicatōis festū. qđ hodierno die festiuo celebram⁹ gaudio vetustissimū. qđ non solum ab ecclesiastica institutōne. verū et instrumēti veterꝭ approbatione. visionis p̄signatōe. xp̄i visitatōne solēnissimū ꝯprobat Unde de ꝯse. dis. 1. Solēni-

tates dicitur. Solẽnitates ecclesiarum dedicationũ et sacerdotum. per singulos ãnos sunt solenniter celebrande. ipso domino exemplũ dante. q̃ ad festũ dedicatõis templi. omnibus id faciẽdi dans formam cum reliquis populis eandem festiuitatem celebraturus venit. Et. ca° precedenti. Solẽnitates dedicationum per singulos annos sunt celebrande Et ca. p̃mo clare habetur. ꝙ exquo iudei qui vmbre legis seruierunt non nisi in dedicatis deo locis supplicabant. ⁊ munera offerebãt. multomagis nos quib⁹ veritas patefacta ⁊ gratia per iesum christum data est. templa debemus domino edificare. ⁊ prout melius possumus adornare ea qꝫ diuinis p̃cibus ⁊ sanctis vnctionibus ⁊c̃. solẽniter sacrare. immo priusquã fierent he ecclesiastice institutiones. reperitur a patribus dedicatio templi obseruata. ☞ Approbat idipsum veteris testamenti scriptura. et domini mandatum moysi datũ Exo. 25. vbi thema. Et exo. 26. c. docet moyses quõ tabernaculum fieri debeat. Similit et. c. 27. Ad idem nume. 9. dicit Die qua erectũ est tabernaculũ. operuit illud nubes. Itẽ. 3. Reg. 5. precepit salomon hiram preparare ligna pro templo edificãdo nomini domini dei. vt ibidẽ late habetur capitulo sexto ibidẽ habetur quãdo incepta fuit edificatio domus domini. Capitulo octauo archa delata fuit i tẽplum domini. quod edificauit salomõ vbi et oratõem fudit ad dominũ. et victimas imolauit. ac hostias pacificas mactauit. quas imolauit domino. boũ viginti duo milia. Et ouium centum viginti milia. fecit quoqꝫ in tempe illo festiuitatem celebrem ⁊c̃. Item. 2. Paralipo. 2. Salomõ decreuit edificare templũ domino. Incepit edificare mense. 2. anno. 4. regni sui. c. 3. Capitulo septimo habetur ꝙ cũ salomon complesset p̃ces. ignis descendit de celo. ⁊ deuorauit holocausta et victimas. et maiestas domini impleuit domum nec poterant sacerdotes ingredi templum domini. eo ꝙ implesset maiestas domini tẽplum. Celebrauit autem solennitatem. septem diebus. ☞ Item. 1. Esdre. 3. ceperunt edificare templum sorobabel filius Salathiel. et iosue filius iosedech et reliqui ⁊c̃. et laudauerunt dominũ magno iubilo fundato iam templo De cuius consummatione p̱ darium regem habetur ca. 6. Ista enim fuit reedificatio tẽpli. De oblatione quã fecerũt filij israel iuxta numerum tribuum israel. et de continuatione per septẽ dies. vide ibidẽ. ca. 6. Item. 1. machabeo. 4. habetur de templi purificatione facta per iudã

machabeum et de purificati renouatiōe. et de noui altaris edificatione cuius dedicatio ex statuto inde de anno in annum per dies octo venit celebranda. A quinta et vicesima die mensis casleu cū leticia et gaudio Ista ē dies de qua dicit̄ Johānis.10. Facta sunt encenia in hierosolimis et hiems erat. Prima enim dedicatio facta fuit tempore salomonis ī septembri.3. Regū.8. Alia in reditu babiloniee captiuitatis.1. Esdre.6. facta fuit in vere Tercia in decembri Mensi enim casleu correspondet mēsis nouember et aliquando in parte december.

B Est deniq3 templi sanctificatio visione prefignata. Siquidem cum iacob post longam et deuotam oratōem requiescere vellet in quodam loco post solis occubitum. vidit in somnis scalam stantem super terram. et cacumen eius tangens celum. angelos quoq3 descendentes et ascēdentes. et dominum innixum scale. Eūq3 enigilasset iacob. ait. vere dominus est i loco isto. et ego nesciebam. id est dominus incarnandus est. et beneficia multa ibi exhibebit sua passione et morte humano generi. quod ante illam visionem. non ita erat clare cognitum iacob. Pauēsq3 id est admirās de dei benignitate ait. q̄ terribilis. id est venerabilis ē locus iste Non est hic aliud nisi domus dei. Dicit lira. q iacob vidit futurum esse q ibi fundaretur templum. vt supra.2. pali.3. et q ibidem postea offerendus esset dominus noster iesus christus. Erexit ergo ibi signum rei preterite. hoc est visiōis sibi ostēse. In signum rei future. scilicet fundationis templi et passionis christi. vide latius Genes.28. in textu et in postilla. Hinc ecclesia catholica cātica sua ex hac sum psit visione.

Dominus quoq3 noster christus iesus. hanc sibi gratissimā esse ex eo demonstrauit. quia in illa ipse templum ingredi. sermonem ad populum fundere. et diuinitatis sue sacra pandere dignatus est. teste iohannis c.10. q̄ ait. Facta sunt encenia (id est sollennia dedicationis templi) in hierosolimis. et hyems erat Si ergo placuit domino perambulare dedicationis tempore in tēplo. vbi caro et sanguis brutorū animalium offerebātur. multo magis nunc placet dedicationē nostri templi inuisere. vbi corp9 eius sacratissimum rc. patri offertur Itaq3 more priscorum. vt boni filij. patrum imitantes vestigia. studeamus domino facere sanctuarium et habitabit p ut promisit in medio nostrum. fm thematis verba facient mihi sanctuarium. et habitabo in medio eorum pro gratia impetranda. dicatis Aue maria.

In dedicatione templi

☞ E Tametsi hodierne diei festiuitas lõge lateqꝫ efferri posset ob beneficioꝝ magnitudinẽ (beneficiũ em̃ cadens sub gratia. causa est festiuandi) In hoc aũt festo. om̃ia dei bñficia salutem cõferentia. inquantũ a nobis suscipiũtur veniunt in memoriã gratificam. In alijs vero inq̃ntũ dñs ea ↄtulit Attamen dimissis ꝑ nũc (inter cetera collata donaria) habitaculis multis. que nobis dñs p̄parauit et sanctificauit In quibus deniqꝫ habitare nobiscũ dignatur scꝫ celo. ecclesia et materiali tẽplo. In celo. ad nr̃am eternam beatificatõem. in ecclesia. ad meritorum ↄparatõem. in templo. ad sacramentoꝝ ꝑticiparõem. tñ ẜm thematis verba solũ de habitaculo dei qd̄ est aĩa nostra nũc loquendũ. cuius edificatõeꝫ ad nostrã ꝑsonalẽ sanctificatõem vt ꝓcurem⁹ verba apl'i nos admonent. Quippe ẜm btm̃ Aug. in ẜmõe de dedicatõne. In nobis spũali edificatõe ↄpletur. quid q̄d in tẽplis manufactꝭ agitur.

Uideam⁹ itaqꝫ p̄°. q̄ꝫ dignũ est vt nos ip̃os dño edificemus habitaculum. Scd̄o q̃uõ illud possit fieri. cõformiter edificio templi manufacti D Quo ad p̄mũ. occurrit factũ insigne nr̃o ꝓposito vtile. Olim nãqꝫ rex gl'iosus ⁊ ꝓpħa dñi sanctus dauid. religiosa q̄dam cepit cogitatõne moueri indignum iudicans. q̄ nullã adhuc domum dñs sabaoth haberet in terris. ip̃e vero domũ cedrinã inhabitaret regie dignitatꝭ. idcirco edificare domũ dño mente deuota cogitabat. in quo etiaꝫ pl'imũ a dño cõmendat⁹ est. licet datum sibi nõ fuerit vt opus ꝑficeret vt habet̃. 2. Regꝭ. 7. Hoc ipsum ait berñ. ẜ. 2. de dedicatõne fratres nos quoqꝫ decet cogitare fideliter. ⁊ viriliter effectui mancipare. An nõ aĩa nostra sublimi i domo habitat. que a deo sibi fabricata est. in corꝑe scꝫ. qd̄ sic cõpegit ⁊ ordinauit. vt gl'iose in eo et delectabiliter habitaret Nã q̄ꝫ ei sit cum corꝑe dulce ↄsortiũ ẜ. 2. de. 70. triste diuortiũ manifestat. dum vix tãdem auelli potest cum corruptio ip̃a corꝑis penitus intolerabilis est vegetãti

Qr vero corpus a deo. nõ solum in p̄mis parentibus. sed in singulis fabricatũ est. testis ẽ virilis illa mulier. 2. macħa. 7. dicens filijs suis. Nescio quõ in vtero meo appruistis. Neqꝫ enim ego spm̃ et animã dedi vobis et vitã ⁊ singuloꝝ membra nõ ego compegi. sed mũdi creator. qui format hominis natiuitatem.

Sed et nostro corꝑi domũ fecit excelsam aptissimã ⁊ decorã. totum scꝫ hunc sensibilẽ et inhabitabilẽ mundũ. Mundus siq̄dem factus est ꝓpter hominem vt ei seruiret. ait mgr̃ dist. 1. li. 2. Et hugo in de arra anĩe. Hinc

ps̄. Omnia subiecisti sub pedibus eius &c. Indignū ergo est. si ei tēplū edificare dissimulam⁹ q̄ nobis domos fecit Nec mō indignum sed nimis p̄iudiciale nobis z dānosum. Nam dom⁹ quā hic habem⁹ et corp⁹ et mundus statim casura est. q2 omniū finis appropinquabit. 1. Pe. 4. Figura q3 hui⁹ mundi preterit. 1. Cor. 7. Jō edificauit domū nō manu factā eternam in celis. quā tamē nō poterit ꝯsequi. nisi qui hic dn̄m in templo quē sibi prepauit habet cohabitantē Dicente aplo Ro. 8. Si quis spm̄ xp̄i nō habet hic nō est ei⁹ Q2 si spūs eius qui suscitauit xp̄m a mortuis habitat in vob3 viuifi. z mor. cor. vr̄a. ꝑpter inhabitātem spm̄ eius in vob3 Felix ergo et multū felix aīa. que dn̄o templū edificat. vt dum dom⁹ sua corrūpit᷑. recipiat᷑ a dn̄o in eterna tabernacula Hec secure cum aplo dicere pōt Scim⁹ si terrestris dom⁹ nostra hui⁹ dissoluatur habitatōis. q2 edificatōem habem⁹ ex deo. domū nō manu factā eternam in celis. Jdcirco dilectissimi caueā⁹. ne dem⁹ somnū oculis nostri3. z palpebris nostris dormitatōem. z requiē tpibus nostris. donec inueniamus locum dn̄o. tabernaculū deo iacob. E Ubi autem inueniri potest locus hui⁹ edificij. Nam sic orauit salomon in templi dedicatōne. 3. Regū. 8. Celi celorū dn̄m cape non poterūt Sed reuera non capit dn̄m nisi imago sua. Aīa capax est illius. que ad imaginē ei⁹ creata est Festinem⁹ ḡ thalamū aīe nr̄e habitaculum dn̄o edificare. q2 cōplacuit dn̄o habitare in ea. Delicie mee inq̄t esse cū filijs hoīm Prouer. 8

Ad edificatōem autē q̄ttuor sunt necessaria sc3 fundamentū Extructio. Parietes. Tectum.

Fundamentū aliud nemo pt ponere. p̄ter id qd̄ positum est. qd̄ est xp̄c iesus. 1. Cor. 3. Xp̄c q̄ hoīem creauit ipse et repauit. ipse supra seipm ecclesiā suā edificauit pariter et fundauit Jpse lapis angularis. in quo omīs edificatio constructa crescit in templum sanctū in dn̄o. ad Ephe. 2 De quo et. 1. Pe. 2. hortat᷑. Accedentes lapidē viuū. ipsi tanq̄ lapides viui superedificami. Jn ps̄. Fundamenta ei⁹ in montib⁹ sanctis Aug⁹. in ench. c. 4. Certum ꝑpriūq3 fidei catholice fundamentū xp̄c est. Ecce fundamētum nostrū xp̄c est Et recte. Qd̄ eīm aliud fundamentū poss3 esse xp̄iano. q̄3 xp̄c. cui seruire. quē imitari. ad cui⁹ regnū necesse est aspirari? Cui viuere optet z mori sicut ait apl's ad Phil. 1. Siue eīm viuim⁹ siue morimur dn̄i sumus Ro. 14. Merito ḡ fundamentū nostrū est xp̄c. cui omīa innitūtur. Hoc eīm dr̄ fundamētū qd̄ ita fundat cetera. vt ipm nulli innitat᷑ F Sed diceres.

quõ idem ipse est et lapis angu/
laris ꝛ fundamentũ. Fundamē
tũ eñ est cui tota fabrica innitit᷑
Lapis angularis xp̄o. in quo to
tum edificiũ ꝯsummat᷑. Cum ꝗ
fundamentũ sit in imo. lapis an
gularis in summo. Lapis ꝗ₃ an
gularis fundamēto et pietibus
innititur. nõ fundamētũ lapidi
angulari. Uñ hec vident᷑ res cõ
trarie cedē rei incõpossibiles. vt
in pħo ðꝛ ꝛc̄. Licet in hoc solui
posset replica. qꝛ ꝛ i fundamēto
angul⁹ est. s₃ alti⁹ ħ latet miste/
rium In hꝭ eñ ptȝ quid interest
inter fabricã spũalem et edificiũ
mãlis Fundamentũ mat͛ialis
edificiũ in imo est. sed spũalis in
summo. Si eñ ait aug⁹. ad t͛rã
edificatemur in imo nob ponen
dũ erat fundamentũ. sed qꝛ cele
stis fabrica est ad celos precessit
fundamentũ nr̄m. Cum ꝗ nr̄m
edificiũ in celis fundat᷑. iðo ħꝫ
fundamentũ sursum Uñ q̄ sur/
sum sunt sapite ꝛc̄. Et nimiꝝ. cũ
sit sursum. optet fodere in altũ
ꝑ hũilitatē. vt attingat᷑. ps̄ Fun
damēta ei⁹ in mõtibus san ctis.
Exemplũ arboꝝ. Hinc q̄ se hũi/
liat exaltabit᷑ ꝛc̄. Excelsus dñs
hũilia respicit. et alta a lõge ꝯg
noscit Attēdite ħ q̄nto altiores
mðo. tanto longiores a xp̄o. Al
tiores dico ẜm mentꝫ desideriũ.
Ad hũilitatē tendite In altũ fo
dite. vt fundamētũ inuenire va
leatis. puulus est. nõ nisi puulo
rũ ꝯsortia placent. S In/
uento fundamento solido ꝑ hu
militatem. optet nunc extruere.
Parietes ꝯpingere. ꝛ tectũ ad/
ornare. Hec eñ in edificio mãli
necẽia sunt Silr̄ in edificio spũ
ali. Oportet eñ p̄mũ extruere ꝑ
fidē. q̄ p̄ma virtutũ theologica
liũ ē. Parietes (ꝑ spem) erigere.
q̄ttuoꝛ ꝟtutibꝫ cardinalib⁹ ro/
boratã. q̄bus in vita nihil vtili⁹
est. q̄ a ruina sustinent. ab ĩpug/
natõe defendũt Hec sunt sobri
etas prudẽtia fortitudo iusticia
Nã ſpare sine meritis et grã nõ
est ſpare s₃ p̄sumere. Tectum
qð omnia ꝯfuat. oĩa opit a cau
mate ꝛ pluuia ꝑ caritatē supdu
cere. Hoc eñ totũ edificiũ for/
mat ꝛ exornat. Caritas eñ opit
multitudinē pctõꝝ Nulla enim
opa tanq̄ꝫ bona ad meritũ impu
tant᷑. q̄ nõ ex radice caritatꝫ pce
dunt Hec sola edificiũ nr̄m ex/
ornat vt xp̄c inhabitare dignet᷑
Nec dubitari vllo mõ põt. inq̄t
Aug. in de laud caritatis. quin
templũ dei sit homo. in quo est
caritas. Hee sunt tres ꝟ
tutes theologice. que oĩm cetera
rum virtutũ impatrices sunt et
dñe. Hijs trib⁹ in xp̄o funda
mento vnico ꝛ solidissimo. viui
m⁹. m oueinur. et sumus Uiui/
mus ꝑ fidē. sicut scriptũ est Ju/
st⁹ ex fide viuit Abacuc. 2. Mo
uemur in eo ꝑ spem. que sursum
sunt desiderãtes. ꝑ quã futurã
ciuitatem inquirim⁹. non habē
tes ħ mansiõꝫ Heb. 13. Sum⁹

in eo ꝑ vnientem caritatē. Qui
adheret deo. ait apl's. j. Cor. 6
(Haud dubiū qn ꝑ caritatem)
vnus spūs est cum eo. Hijs nisi
firmiter adhereamꝰ. frustra de
beatitudine speramus.

H Ille eni tres necessarie
sunt ad salutē Siquidē sine fi
de impossibile est placere deo.
Hebre. xj. Immo qui non cre-
dit iam iudicatus est. Joh. 3.
Caritatem autem non habens
nihil omnino est in acceptatiōe
diuina. j. Cor. 13. et vltio. Qui
non diligit dn̄m iesum. anathe-
ma sit Nam qui nō diligit. ma-
net in morte. j. Joh. 3. Spe aūt
salui facti sumus Roma. 8. et. j
Joh. 3. Omnis qui habet spem
hanc. in xp̄o sanctificatꝰ est. sic ꝛ
ille sanctꝰ est Nemo aūt nisi san
ctus btitudinē sortietr. q2 nihil
inq̄natū intrabit ī illā Apoc. 21.

Et hoc rōne ꝑt breuiter ondi
nā btitudinē nemo rōis cōpos
ɔseq̄tur. sine tēdētia ꝓp̄a ī ipam
Cū enī ip̄a sit finis vltiꝰ hoīs q̄
est agēs ꝑ cognitōz et voluntatē
ad eius dignitatem pertinet. ꝙ
respectu eius habeat aliquam ꝓ
priam actionem. Sed vt dicit
sanctꝰ Bonauē. in. 3. dis. 23. in
tentio nostra nō mouetur nisi in
cognitū possibile haberi. ꝛ bonū
ꝓportatū et desideratū. Necesse
itaqꝫ est hoī vt finē hunc cogno-
scat. Cognitū diligat. ꝛ dilectū
vt possibilē sibi desideret. si ad
eum tendere debet ꝑ opa merito
ria. a volūtate libere ꝓcedentia
Siq̄dem nēo eligit laborare ꝑ
re quā nō tanqꝫ sibi possibilē de
siderat Nā electio nō est impos-
sibiliū. 3. Ethi. Sed nec desi
derat q̄s. q3 nō diligit. qm̄ ipm
desiderare diligere est. et rem tā
qꝫ bonā sibi appetere Nihil aūt
amatur nisi cognitū. x. de trini.

Necesse est itaqꝫ si efficaciter
in finem vltimū qui est btitudo
et salus nostra tendere debemꝰ.
hūc ɔgnoscamꝰ. diligamꝰ. ꝛ tan
qꝫ nobis possibilem appetamus
Primū ꝑ fidē Scdm ꝑ carita-
tem. Terciū ꝑ spem adimplemꝰ.
quia ɔgnoscere deū in via quo-
mō oportet. actus est fidei Dili
gere in se. caritatis Desiderare.
vt btitudinē nr̄am nobis possibi
bilem spei. Quia etiā hijs tribꝰ
reformatur imago nostra. ad cō
formitatē imaginis diuine In-
tellectus fide. volūtas caritate.
et ꝑ spem memoria. q̄ sunt tres ꝑ
tes imaginis nr̄e Quia iterū
trib3 dictis ꝟtutibꝰ corrn̄dēt tres
actꝰ ꝓncipales. siue ꝑtes beatitu
dinis q̄ finis est xp̄ianoz. Fidei
sc3 visio. Caritati fruitio. ꝛ spei
tentio. Ideo non incōgrue ap-
pellari possunt subā siue funda-
mentū xp̄iane ɔuersatōis Ex q̄-
bus quecūqꝫ actio ꝓcesserit me
ritoria est vite eterne Que vero
ex eis non ꝓcesserit. quantum-
cunqꝫ fuerit honesta et moralit̄
bona. vite premiū non meretur.
Itaqꝫ vanum est omne virtutū

edificiū. qđ ex tercia radice. im-
mediate xp̄o inherente tanq̃ʒ fū
damento firmissimo. nō ɔsurgit
Et ideo de fide scriptū est. q̄ est
suba rerū sperandaꝝ. Hebre. 11.
Spes aūt anchora firma ačet
tuta dicit̄. Hebre. 6. quia firmi
ter p̄ncipali fundamēto inecta
De caritate vero ita clare osten-
dit omīa sine ea nihil p̄ficere ad
salutē. vt nec fides. nec p̄phetia
nec spes. nec opera aliquid p̄fi-
ciant sine ea. 1. Coꝝ. 13.
I Ex his omnibꝰ. quasi p̄ma
ɔclusio totiꝰ xp̄iane structure ac
edificij dicit̄. que est p̄ncipiū to-
tius xp̄iani p̄fectus. Ad hoc su
mus xp̄iani. vt christo dn̄o. vni-
co cum patre et sp̄ūsctō funda-
mento inhereamꝰ. fide integra
spe firmā. et caritate p̄fecta. qđ
est dicere. vt i eū firmiter creda-
mus. Eū p̄fecte supra oīa diliga
mus. et eo frui tanq̃ʒ sūma et vl-
tima beatitudine nr̄a fiducialit̄
desideremus. et desiderāter con
fidamus Hoc nobis sit quasi si
gnum ad metā. ad quod in om-
nibꝰ actionibꝫ nostris. mētꝫ ocu
los dirigamus. nec ab eo aliquā
do deflectamꝰ Qm̄ licet finē no
strū beatitudinē siue regnū celo
rū xp̄iani adipisci volumus. nul
la tamen alia via. nullis medijs
alijs. ad hūc tendere possumꝰ ef
ficaciter. nisi q̄ fide spe ꝛ carita-
te nostro fundamēto christo in-
hereamꝰ. Et ideo sicut quilibet
industrius artifex. vt dicit Cas

sianꝰ. coll. p̄rima aut negociatoꝛ
nō solū finē certū querit ꝛ amat
sed ꝛ certa media eligit ad q̄ om
nis p̄positi sui intentōem diri-
git. et p̄ illa finem principaliter
intentū assequi intendit Sic p̄
agriculturā agricola. Per mer-
cancias negociatoꝛ diuicias adi
pisci laboꝛat. Nec tm̄ diuitijs
quantū diligenti agriculture et
mercationi intendit. non dubi
tans his bene actis. diuitias se
cuturas Ita et nos cupiētes reg
nare cū christo. ad hoc siue fun-
damentū dixeris. siue mediū. si-
ue viā. fidem spem et caritatem.
velut ad certā ꝛ rectissimā lineā
cursum necesse est dirigamꝰ. om
nia huiꝰ gratia gerenda appetē
da sunt. vt in christū firmit̄ cre-
damus. pure et p̄fecte eum dili-
gamus. ꝛ firme in ipso ɔfidamꝰ.
p̄ hoc vniuersos laboꝛes letāter
aggrediamur omīa sustineamꝰ.
Quidquid ab hac intentiōe di
uersum est. q̄uis vtile aut neces-
sarium videat̄. vt noxium deui-
tandum est. quidq̄d ad hanc p̄
ficit. amplectēdū Sciētes quā
tum in his p̄ficimꝰ. tm̄ p̄fectio
res erimus. ac fini nostro beatiꝰ
p̄pinq̄mꝰ Nec de castitate. pau
pertate. paciētia. elemosinaꝝ lar
gitione. vigilijs. laboꝛibus. sibi
quisq̃ʒ blandiat̄. si p̄ hec in dictꝭ
nō p̄ficiat. Dicente clare ap̄lo.
Coꝛp̄alis exercitaꝰ ad modicū
vtilis est. pietas ad omnia valet
Pietas ad interiorē dei cultum

principet. q̄ est p̱ fidē spē. et carita tem Sunt em̄ oia illa corpis ex ercicia. q̄si instrumēta q̄dam ad ꝑora facili⁹ obtinēda ⁊ obtenta custodiēda ꝛc. Si sic dn̄o adhe serim⁹. iam templū nr̄m sanctifi cat. vt ico dn̄o habitare p̱ illap sum sanctificatm̄ ꝯplaceat Hoc em̄ ꝑncipaliter intendūt. nostri themat̄ verba. cū dn̄s ait p̱ moy sen facient mihi sanctuariū ꝛc.

De eodem Sermo. V. In ostensione reliquiarū in ordine. LI.

Beati qui habitant in domo tua Ps̄. 83.

A Honorabilē atq̧ singularē hui⁹ diei festiuitatē votiuis lau dibus celebrem⁹. ⁊ festiuis gau dijs honorem⁹. in q̄ dom⁹ illius singularē ꝯmeōram⁹ gloriā. que oēs suos inhabitatores btificat extra quā nemo btitudinem po terit aspirare Et q̄ ē h̄ dom⁹ do mini tā potens. tamq̧ desidera bilis? Una an plures. Una ni mirū est ordinis vnitate. licet q̄ d̄ triplex materiali distinctōe.

Est em̄ dom⁹ dn̄i iam regnās in celis cū rege suo xp̄o. q̄ d̄ ec clesia triūphans. de qua apl's. 2. Cor. 5. d̄t Edificatōem ex deo h̄emus. domū nō manufactā s̄ȝ eternā in celis. Est et dom⁹ dn̄i in terris. et hec triplex. scȝ eccl'ia catholica militans deo. de qua Prouer. 9. Sapia edificauit si bi domū. excidit colūnas septē. imolauit victimas suas. miscuit vinū et posuit mensam. Hec em̄ fecit sapia eterna in ecclesia mili tante. Est q̧ȝ dom⁹ dn̄i queli bet aia fidelis. in q̄ fili⁹ dei habi tat. sic paul⁹ ad Hebr. 3. d̄t Xp̄c tanq̧ filius i domo sua q̄ dom⁹ sumus nos. si fiduciam ⁊ gloriā spei vsq̧ ad finē firmā teneam⁹

Est demū domus dn̄i loc⁹ iste materialis siue templū dn̄o ꝯsec tum. de q̄ jacob Gen̄. 28. Terri bilis inq̄t est locus iste. nō est h̄ aliud nisi dom⁹ dei ⁊ porta celi. et Jsa. 56. Dom⁹ mea dom⁹ ora tōis vocabit. Oēs hee dom⁹ et si māliter et s̄m statum distin guunt. tn̄ ad idē scȝ btitudinem possidendā ordinant. quā btitu dinē ꝑma suis possessioib⁹ ꝯfert in re. cetere ṽo in spe. qm̄ q̄ hinc transiert ad illā. iam btitudinis stola vestiūt. sic scribit Apoc. 5. Date s̄t singulis stole albe. Qui ṽo adhuc in via ceterar̄ inhabi tator est domor̄. iam spe beat⁹ ē q̄n sue btitudinis i domo celesti firmā tenet ꝓmissionē ⁊ pignus certū Promissionē q̄dem q̧ oēs q̄ sunt xp̄i p̱ fidem. semen abrae sunt s̄m ꝓmissiōȝ heredes. Gal 3. et. 1. Jo. 2. Hec ē ꝓmissio quā ipse pollicit⁹ ē nobis vitā eternā Pign⁹ ṽo sacras sctōr̄ reliq̄as. ⁊ corpa q̄ malib⁹ nr̄is ecclesijs re cōditos veneramur. de q̄ Bern̄ f. de oib⁹ sanctis ait Sācti trans seūtes ex h̄ mūdo ad patrē. sacra

t

nobis pignora reliq̄runt. apud
nos siquidē corpa eoꝝ in pace se
pulta sunt. q̄ꝝ noīa viuēt in secu
lū.i. q̄ꝝ nunq̄ȝ glia sepelieť. Nec
aūt aliqñ resumēt. qñ nō sine no
bis in glia ꝯsumabunť Tūc ḡ et
nunc merito oēs dicūť bti. q̇ ha
bitāt in domo tua. ꝑ grā Aue
B Beati qui ha. in do. t. Ad
btitudinē ꝯsūmatā. clarā videli
cet dei visiōȝ. quā sancti dei oēs
q̇ in domo pr̄ie celestꝫ hitant. cū
xp̄o sine fine exultātes iā ꝯsecuti
sunt. nemo venire pt viatoꝝ. nisi
ḡ h hitat in domo dn̄i triplici
pdicta. in q̄ sanctificať. ⁊ fm vie
btitudinē btūs dr̄. qui em̄ in soꝛ
dibus h manet. sordescet adhuc
in dānatōe. ⁊ qui h fuerit iust⁹ ⁊
sanct⁹. ⁊ ita btūs. sanctificabiť
ac btificabiť adhuc in pr̄ia. vt
loquiť angel⁹ Apoc. 22. Cure
mus ḡ hic hitare in domo dn̄i.
ne ab illa ibi eťnal'r excludamur
Non em̄ oēs ambulātes aut in
trantes in domū hitant i domo
Domū ecclesie vl'is intrat. q̇sq̇s
baptismū suscipit. ſȝ nō in ea ha
bitat heretic⁹ Domū ꝯscie itrat
qui iustū ab iiusto a coinq̄nato
q̄d sanctū est discernit. ſȝ nō in
hitat carnalis Domū hui⁹ tēpli
mālis intrat. q̇ corpaliter locuȝ
hūc visitat. ſȝ non inhitat vani
loquus discursoꝛ. qm̄ honorem
dom⁹ q̇ dicti sūt (q̄d inhitatorꝫ
est) nō diligunt. nō ꝓmouēt. nec
defendūt. Nō em̄ heretic⁹ eccle
sie vnitatem custodit. ſȝ scindit.
nec carnalis ꝯscie puritatē appe
tit ſȝ polluit Nec vaniloqu⁹ di
scursoꝛ. dei sanctoꝝq̄ȝ cultum ꝓ
mouet. ſȝ ipedit. Quapropť do
mū dei nō inhitaut sed ipugnāt
nō sunt ciues ſȝ hostes. nō inco
le ſȝ ꝓditores. Sic ei eos noiat
btūs Bern̄. s. de dedi. qui inci
pit. Dom⁹ hec frēs. Et iō nō bti
ſȝ infelices ⁊ miseri. C Nos
ḡ studeam⁹ inhitare domū dn̄i
templū h māle. Per h em̄ cetera
rū veri inhitatores efficimur. est
em̄ h templū q̄si porta ꝑ qm fit
introit⁹ ad alias. q2 in illa ⁊ bap
tism⁹ suscipiť et recta fides. ꝓbi
dei pdicatōe doceť. ⁊ ꝯscia puri
ficať ꝑ pniam in bono nutriť et
augmentať ꝑ eucaristiā. Inhi
tamus eā si recte deū ⁊ sctōꝝ reli
q̄as. q̄b⁹ locus iste sctificať coli
mus Ad h siq̄dem vt bern̄. ait s.
de dedi. q̇ incipit. Vorinis lau
dib⁹. pietes ei⁹. man⁹ sacrate pō
tificū. tantꝫ sanctificauere miste
rijs Ut ex tūc ⁊ deinceps. sctāꝝ
ibi lectōnū resonet freq̄ntia. san
ctaꝝ orōnū murmurēt susurria.
sctāꝝ reliq̄aꝝ honoreť btā p̄ntia
q̄s sacras reliquias vt deuoti⁹
honorem⁹. laudabil' introduxit
ꝯsuetudo. vt de septēnio i septē
niū vobꝫ ostēdi. ⁊ ꝓnūciari sole
ant. ñ sine spēali misterio. Nā h
ipso fcať ad quid ꝑueni⁹. dum
deuote sctōꝝ reliquias venera
mur. Sex quippe dieb⁹ laboꝝ
ꝑueniť ad septimū requietiōꝫ. q̄
ē sabbatū ⁊ requies sancta dn̄o

qm̄ dn̄s cū bn̄dixit ꝛ sctificauit Exo. 20. ꝛ 31. Et p̄ sex ānos exercendi terrā intrat septim⁹ ānus requiei. vt h̄t Exo. 23. Ita cū sex ānis in sctōꝝ veneratōib⁹ laboram⁹. in anno septio ad clariorē eoꝝ noticiā. visiōem. ꝛ q̄si societatē admittimur. vt clare ꝯgscamus. qꝛ si sex ānis siue sex diebꝫ quib⁹ vniuersū laboris tp̄s decurrit fideliter īpleuerim⁹ in septimo die vel āno requietōī ꝛ sabbati interminabil' future vite. eoꝝ p̄ocinijs ipsis facialit̄ ꝛ sensibiliter in btitudine ꝯiūgemur.

D Ne aūt in sanctarū reliqaꝝ cultu quis erret. tria ꝯuenit p̄cognoscere. scꝫ q̄ sp̄e cultus scti sunt honorandi. Qꝛ enim honorādi sint. iā in dubiū r̄uocari nō p̄t. post dānatiōꝫ vigilācij heretici oppositū dogmatizātꝭ. vt in ep̄l'a ꝯ eundē declarat Hiero. Scd̄o cū euidēs nō sit ea q̄ ostēdunt fore reliquias illoꝝ sctōꝝ q̄ꝝ esse dicunt. maxīe cū id q̄d n̄ nūq̄ꝫ ī diuersis locꝭ ōn̄dit mēbꝝ vel corp⁹ alicui⁹ sancti. vni⁹ esse d̄r. vbi necēm est admin⁹ in altero locoꝝ decipi ōn̄dentes. qūo ḡ tēperari dꝫ reuerētia reliquijs exhibenda. ne putet̄ honorari sanctus. vbi honorat̄ latro forte vl' dānat⁹. Qūo tp̄e bti Martini factum historia testat̄. Tercio p̄ quib⁹ causis sancti honorādi sīt ꝛ inuocādi. ꝛ an p̄ certa. tn̄ vni⁹ plus q̄m alteri vota ꝛ p̄egrinationes. aut donaria q̄dam. et magis in vno loco q̄ꝫ alio sint soluēda. Uerum qꝛ tempis angustia hec oīa resoluere p̄hibet. dimisso vltimo. De p̄mis duobus ꝯclusiue aliquid breuissime ē dicendū et planissime. et alio tempore ꝛ loco. fauēte dn̄o. cū allegatōnibus scripture latius declarandū E Pro declaratōne p̄mi notandū. q̄ reb⁹ excellentꝭ bonitatꝭ ꝛ p̄fectōꝭ. sup̄ioritatꝭ ꝛ dominij debet̄ cultus vl' exhibitio reuerētie. ꝛ honoris. plus vel min⁹. ſm exigentiā gradus excellentie. Deus ḡ qꝛ est summe ꝛ infinite bon⁹. vl' habēs dominiū et oīpotens. sūmus ei debet̄ cultus quē latriā vocam⁹. ꝛ est interior reuerentia exhibita alicui q̄ ip̄m recognoscim⁹ vt summū et infinitū bonū. vl' et oīpotēs hn̄s dominiū. vel aliquis actus exterior ad hm̄ōi ſcandū fact⁹. Et hic nulli oīno creature. nec cruci. nec clauis. īmo nec hūanitati xp̄i in se considerate sed soli creatori debetur. Quia vero creature quedam a deo singulariter exaltate sunt. vt creature rationales. singulari et gratuita immo consummata caritate deo vnite. vel alique irrationales. vt corpora. vestes. sudaria. stramina. arma specialiter a deo. ad coop̄atōem salutis electe Uel etiam imagines. hec vel hoꝝ aliquid rep̄sentātia Iō eis debet̄ a nobis reuerētia Illis vt dei singularib⁹ amicis. istis vt q̄

busdã ad ea spẽaliter ptinẽtib9. eo q etiã ðs p hec multis mira- culose varia ptulit bñficia. De betur autẽ illis honor plus vel minus. fm q mag9 vel min9 deo sunt piũcta Et si excellẽti9 ceter9 ad deũ ptinẽt vt hũanitas xpi. et q ad eam ptinẽt. arma passiõis. et virgo dei mater. hono: eis de bitus. dr yperdulia Aliis õo exhi betur dulia. ¶ Ex quib9 ptz qño intus diuersimode adorat9 cũ quodlibet recognoscẽdo ta- le quale est a do electũ. reuerẽtia intus impẽdit9 Signa õo exte- riora. q2 diuersis eadẽ exhibent equiuoca sunt. et per intentõem mẽtis distingui debent vbi fo- ris nõ distinguũt. Vñ aliud in- tendere debet9. dũ genua coram dño flectitis. siue in sacro siue co ram imagine crucifixi. q̃ cum in clinatis corã imagine beate vir ginis vel sanctor reliquiis. Cũ eñ imagies veneramur. nõ lignũ aurũ vel metallũ. s3 ipm cui9 est colimus. Sic etiã eadẽ genu flexione q̃ fit corã duce rege et im patore. aliũ impẽdim9 interio rẽ cultũ. Sic aliter corã deo et sanct9. reliquiis ac imaginib9 ora tões fundim9 Deũ quidẽ rogã9 tanq̃ oia potentẽ et summũ oim rectorem. vt ipse nobis gratiose concedat p quibus oramus.

☞ Angelos et sanctorũ ani- mas. nõ vt ipsi ex se conferant. sed nobis que desideram9 et ac cipere non mereamur pter no- stra delicta. ipsi tanq̃ dei amici pter sua merita impetrent. ac impetrata conferant. Nihil tale a sancta cruce aut sacris san ctorum reliquiis petendum est. Neq3 eñ nos audire possunt cum sint res inanimate. Sed deum vel sanctos quor hec sunt Et pter quos hec honoramus rogamus. vt intuitu meritor p ista adquisitor. que nobis tanq̃ pignora quedam hic reliquerũt nobis concedant. perita. vel im- petrent. ☞ Ab imagine pi- cta autẽ omnino nihil petendũ. sed ab eo cuius est imago. sine re latione ad imaginem. Ideo ec- clesia in letania tripliciter orat. ad patrem filium et spmsanctũ ait. miserere nobis. Ad beatam virginẽ. angelos. sanctos. dicit Ora p nobis. Ad crucem ait. p crucem tuam libera nos dñe. id est p meritum nobis in cruce ad quisitum Ita dicere possumus. Sancte Joh p has sacras re- liquias tuas ora p nobis. Hec de pmo. ☞ B De secun do dicẽdum est pmo. q omnino nõ l3 aliquẽ venerari p sancto. publico et solẽni officio nisi fuit auctoritate romane ecclesie ca- nonizat9 Sic hẽt extra de re. et ven. scõr audiuim9. licet fm Jn nocẽ. in glo. ibidẽ. nõ negandũ ẽ. q̃n cuilibet. licet alicui defuncto quẽ credebat bonũ virum porri gere preces. vt p eo intercedat ad deum. q2 deus fidem eorum

attendit. non tamen ꝑ eis licet facere officium solēne. vel etiā ꝓces solēnes. Et ita nec reliq̄e cuiuscūqꝫ. tanquā sancti venerande. non vt p̄missum est canonizati. Ne aūt falso reliq̄e venerent̄ tāqꝫ alicui⁹ sancti cui⁹ tn̄ nō sunt. debēt circūspecti esse. q̄ ꝓmo reliq̄as acceptant. ne facili credulitate credant illi⁹ vel isti⁹ esse. nō sufficiēti testimonio ita fore ꝯprobet̄. Jō disponit canō extra de re. ⁊ ve. sanctoꝝ. Cū ex eo. Q: inuētas de nouo reliq̄as null⁹ publice venerari p̄sumat. nisi ꝓus auctoritate sūmi pōtificis fuerit approbate Ubi etiā p̄cipit̄ ꝙ extra capsas antiq̄ reliq̄e nō ostēdant̄ nec exponant̄ venales Et addit̄ Prelati vero nō ꝑmittāt eos. q̄ ad eoꝝ ecclesias cā veneratōis accedūt. varijs figmētis aut falsis documētꝫ decipi. sic in plerisqꝫ locis. occasione q̄stus fieri ꝯsueuit. H Et q: nr̄os supiores ⁊ p̄decessores p̄sumere de⁹ tales fore ꝙ (nō imemores ꝓꝓe salutꝫ) in acceptatōe reliquiaꝝ h̄ egerint. ꝙ facere tenebant̄. pia fide credere debe⁹. q: illoꝝ sunt reliq̄e q̄ꝝ esse dicūt̄. ⁊ sic fore a p̄teritis ⁊ antiq̄s temporib⁹ tentū est. et vt tales sine omī piculo honorare. Cū em̄ in alijs rebus ciuilib⁹. maiorib⁹ ac seniorib⁹ credit̄. q̄uo in sola sanctoꝝ veneratōe fides nō esset adhibenda Q: si forte aliq̄ deceptio ꝯtigisset. nihil nobꝫ piculi erit. tū q: excusat nos inuincibilis ignorātia. tū q: nō simpl'r sꝫ sub ꝯdictōe (a dmin⁹) implicita veneramur hmōi reliq̄as. s. si. et inq̄ntū illoꝝ sunt q̄ꝝ esse dicunt̄ Et ita magis eos sanctos q̄ꝝ eē credunt̄ honoram⁹ Jn eos q̄ꝫ veneratio illa redundat nō minus q̄ꝫ si vere essent reliquie eoꝝ. C⁹ exemplū familiare ē. si aliqui intrarent hanc ciuitatē q̄ ꝓbabili testio dicerēt̄ esse amici impatoris. cōsolat⁹ vt tales reciperet. donis ac reuerentijs q̄ꝫ plurib⁹ honoraret. Et esto ꝙ nō eēnt tales Nunq̄d impator q̄ p̄ncipaliter in eis honorat⁹ esset. cum id sibi inotescerz bn̄ accipet. laudaret ac repēderet honorē hmōi tanq̄ꝫ suis amicꝫ exhibitū. q̄uis tales nō fuissent. ꝓbās ex h̄ sinceritatē. deuotiōꝫ. ac amorem ciuitatꝫ h⁹ ad seipm̄. maxīe dū ꝓbabili testimonio tales esse didicerūt. Licet decepti. Sec⁹ tn̄ si vana q̄dam relatōe et leui credulitate hoc putassent. sic em̄ magis eos stulticie ac leuitatꝫ argueret ita in ꝓposito. Nūc ḡ deuoto aīo prepati audite ⁊ ꝯspicite q̄ ostendent̄. deū i suis sanctꝫ digne laudātes piter ⁊ venerātes Amen.

Prosecutōꝫ tercie ptis hui⁹ p̄cedentꝫ s. q̄re s. de oib⁹ sanctis

De eodem Sermo. VI in ordine. LII.

Hodie sal⁹ domui huic facta

est eo q̄ et ipse sit filius a-
brae. Luce. 19. A Festum
dedicatõis dom⁹ dñi solēne agi
mus. hodie q̄ꝺ licet q2 inter p̄ci-
puas solēnitates nūerat. ⁊ ideo
nob̄ venerabile. tñ q2 ceteris no
bis ꝓpinqui⁹ merito a nobis de
uotõe celebrabitur dulciore In
alijs festiuitatib⁹ magna dei be
neficia toti humano generi im-
pensa gratias refundendo ꝯme
moramus. Hodie singularia be
neficia nobis spēaliter impensa
laudibus cõdignis extollimus.
Alijs festis ꝯmuni saluti in om
nibus electis. quos sibi domin⁹
tanq̄ꝫ domū fidelem ꝯstruxit cõ
gaudem⁹ Hodie de salute huic
domui nostre facte exultamus.
Domui non solū materiali huic
templo. sed magis spūali q̄ꝺ su-
mus nos. vt dicit apostolus. j.
Corinth. 3. Nescitis q2 templū
dei estis. et spiritus dei habitat
in vobis. vñ beat⁹ Berñ. sermõe
j. de dedicatõe. Vestra ait fra-
tres carissimi est hodierna festi
uitas. quia de ecclesia vestra. ma
gis autē de vobis ipsis. q2 vos
dedicati estis domino. vos ele-
git et assumpsit in proprios.
Solebant reges terre et
p̄ncipes in vnum cõuenientes.
natalis sui diem magnis pom-
pis et secularibus festiuare gau
dijs. sicut de herode euangelica
testatur hystoria Matth. 14.
Nos hodie nostra natalicia ex
ultatõne humili celebram⁹. Isti
carnalem sui natiuitatem Nos
spūalem Isti diem qua concessa
est vita presens citius finienda
Nos diem qua ꝓmissa est vita
nunq̄ꝫ t̄minanda Isti diem qua
nati sunt in peccatis. Siq̄dem
omnes eram⁹ natura. i. natiuita
te filij ire. et ideo miserijs p̄senti
bus subiecti. Nos diē quo gra-
tia abluti. et ꝑ hoc ab omni mi-
seria eruendi. Isti diem quo na
ti ex adam. in adam morientur.
Nos diem quo renati i christo.
in ip̄o viuificabimur Isti diem
quo fusi ex peccatricis vtero ma
tris facti sunt membra domus
magne. totius creature. in qua
sunt vasa nõ solum ad honorem
sed etiā ad ꝯtumeliam. Nos di
em qua nati sumus ex aqua et
spiritu. suscepti i gremiū sancte
matris ecclesie. et huic domui
summi patrisfamilias ascripti.
cui⁹ omnia vasa sunt aurea aut
argentea in gloriam ⁊ honorem
Isti postremo diem honorant q̄
super ceteros terrigenas exalta
ti ꝑ supbiam. cum anxietate do
minaut̄. redigendi in finalis mi
serie fuitutem. Nos diem cele-
bramus quo caritatis iugo a-
stricti. humiliter diuinis subdi
mur preceptis. in libertatem fili
orum exaltandi ⁊ in gloria cum
christo eternaliter regnaturi.
Si ergo filij seculi noctis ac te
nebrarū tātis gaudijs diē agūt
quo nõ sal⁹ vera sed qualiscun-
q3 vita erumnis et miserijs ple-

na. nõ data sed cõcessa ē. citi⁹ repetēda. q̄nto magis nos dici ac lucis filij. diē nr̄e spūalis natiuitatis cū exultatōne spūs celebrare oportet. qua facti sum⁹ filij abrae filij ꝓmissionis. filij adoptōnis templū spūssancti. habitaculum xp̄i. dom⁹ dei. cui sal⁹ facta ē in eternū. Exemplo zachei. q̇ dominū cum gaudio suscipiēs audire meruit veritatis ore. Hodie salus huic domui facta est. eo ꝙ ipe sit fili⁹ abrae. ꝑ gratia Aue.

B Festū dedicatiōis domus dn̄i inter ceteras solēnitates letiorib⁹ agit̃ ceremonijs. in quo cōiter exultāt spūales cū secularib⁹. incole cū aduenis. senes cū pueris. ꝟgines cū iuniorib⁹. ⁊ vt nemo cōibus desit gaudijs. exultant negociatores cum cauponibus. vendentes cū emētib⁹. verū tn̄ cōmuniū gaudiorū. nō cōmunis materia est. Gaudēt oēs cū zacheo. sed nō de eo oēs de quo zacheus. zache⁹ gauisus est non de aquirendis diuitijs. q̄m has paup̄ib⁹ ⁊ fraudatis erogabat. nō de honorib⁹ ⁊ pōpis. q: ꝯtra se murmurātes sustinebat. non de voluptatib⁹ et delicijs. q: talē cōtemptorē suscepit Sꝫ gaudebat q: xp̄m suscepit. ꝑ quē salus domui sue facta est. zacheus enim audiens iesum pambulare hiericho. querebat videre illū quis esset. Recita hystoriā vsqꝫ salus hodie huic domui facta est Gaudebat de exceptione iesu ꝑ quē facta est salus sue domui. Nō domui materiali q̄ ex aduētu xp̄i meliorata nō ē. sꝫ domui spūali. anie scꝫ sue qua intimius salubri⁹ ꝙ suscepit inhabitantē saluatorē. ꝙ in domo materiali. Nihil enī ꝓfuisset suscepisse saluatorē in tugurio cōpacto ex lapidib⁹ ⁊ lignis. et excludere ab habitaculo mētis Sic cū exceperūt pharisei qui eū obseruabāt. et audierūt a dn̄o. Jō relinquet̃ vobis dom⁹ vr̄a deserta. Mat. 23. Nō enī gaudebāt in p̄ntia saluatoris. sed si eū comprehēdere potuissent in verbis vel redarguere in factꝭ. i suo scelere exultassent. Quos plimi in hodierna festiuitate magis q̄m zacheū imitant̃. qui sicut ꝓuer. 2. scribit̃. Letant̃ cū male fecerit et exultāt in reb⁹ pessimis. Qui festis ecclesie abutunt̃ in occasionē carnis. et vnde nutriend⁹ eēt spūs ad vitā. inde fouent corp⁹ miserꝫ ad gehēnā factiqꝫ sūt eorꝫ cōsortes q̇bus apl's loquit̃ Gal. 3. Sic stulti estis. vt cū spū cepe ritis carne cōsumamini. Nō ḡ reprehendit̃ gaudiū filiorꝫ in suo ac sue m̄ris ecclesie festo hodierno dū tn̄ exultent de salute huic domui facte hodie nō d̄ lucris. epulis. imundicia. et seculi vanitate hui⁹ nanqꝫ gaudij. risus dolore miscebit̃ in p̄nti. et eius extrema luct⁹ occupat ī futuro. ꝓuer. 14

C Nos igit̃ vt nō inanit̃ gaudea⁹. sꝫ fructuose et stabilit̃ de

salute huic domui facta queramus que sit ista salus ꝓpter quā tam exultanter est iocūdandum Secūdo quales nos esse oportꝫ vt salus ista gaudium adducēs perseueret in eternum Quantum ad primum Si recte consideramus. quicunqꝫ gaudent. de salute gaudēt. vera vel opinata. Cū enim gaudiū sit de bono p̄senti desiderato. vt dicit Tho. 1. scd̄e. q. 25. Quidquid autē cōcupiscitur sub ratione boni appetitur. phs. 1. ethico. Bonum est qd̄ omnia appetunt. bonum autem et salus coincidunt. Nā quidquid alicui bonum est. est ⁊ salubre. et econuerso. Ergo qui de suo bono gaudet. de sua salute gaudet. nō ergo nisi de sua salute gaudet vera vel putata q̇sq̄s gaudet. Est autem salus naturalis. salus temporalis. ⁊ salus eterna siue spiritualis. Salus spūalis principaliter ad animam pertinet. Licet per animā in corpus redundet Salus temporalis ad corpus. salus naturalis ad vtrumqꝫ. Est enim salꝰ naturalis per quam natura tam corporis qꝫ anime in esse consistit Salus temporalis qua corpus proficit. Salus spiritualis que animam ad sūme felicitatis statum ꝑuehit et disponit. Salus spūalis simpliciter optima. salus naturalis necessaria. Salus temporalis indifferens de se nec bona nec mala. Illa optima quia vltimus omniū desiderabilium finis. Ista necessaria quia btitudini p̄supponit. Nihil siquidem potest habere esse beatū. nisi in se habeat esse. Hinc aplꝰs nō prius quod spūale sed quod aniale. deinde quod spirituale. 1. Cor. 15. Hec ꝟo indifferens. qꝛ ad consequendā beatitudinē per se nec cōfert nec impedit. qꝛ voluntas ea potest et bene vti et male Omnis hec salus facta est domui. Huic qui sumus nos. a iesu hiericho ꝑambulāte Stat enim vt ait Augꝰ s. 18. d̄ verbis euange. iesus in sua eternitate. in seipso perfectus et beatus. ꝑambulat hiericho dum creature que perfecta non est. et ꝑconsequens defectuosa miseret̄. eiꝰ defectibus occurrendo. ei appropinquando Inhabitando autē confert salutem spūalem D Naturalem salutem cōtulit dū hominem creauit. et tam s̄m corpus. qꝫ s̄m animā produxit. Ad huius doni eiusqꝫ magnitudinis cōsiderationem nos hortat̄ Chris. in. 2. libro de ꝯpunctōne cordis ita dicens. Vide quomō cum in nullo deus ipse indigeat nostri (in omnibus em̄ sufficit sibi) tm̄ cum non essemus. esse nos fecit. animāqꝫ inspirauit. talem qualem nulli excaiantibus omnibus que sunt super terram. De hoc latiꝰ venerabilis Hugo de sancto victore in de arra anime. ita scribit. Primū cogita anīa

mea q aliquando non fueris. ꝛ
vt esse incipes. ei⁹ dono accepis
Sed nunq̄ tu ei aliquid prius
dederas anteq̄ fieres. quo ti-
bi hoc redderetur vt fieres Ni
hil ꝑsus. nihil dedisse poteras
anteq̄ fieres. sed gratis accepi-
sti vt fieres Dedit aūt nō solum
esse. sed et pulcrum esse et formo
sum Dedit pulcrū esse. dedit vi-
uere. dedit sentire. et qd̄ hijs pl⁹
est. dedit et rōnem qua possim⁹
discernere ac intelligere. q̄ nos
ad suam imaginē ꝛ similitudinē
traxit. qua capax est dei summi
ꝛ infiniti boni. ꝛ ꝑ hoc btitudi-
nis sempiterne Hanc em̄ capaci
tatē nature indidit. ꝑ quā aīam
sup ceteras creaturas oēs. rōne
carētes. dignitate nimia exalta
uir. Sic totū hoiem formans.
sensibus foris decorauit. sapia
intus illustrauit. Dans sensus
quasi exteriorem ornatum. sapiē
tiam quasi interiorem habitum
Sensus quasi quasdā gēmas
fulgentes appendens exterius.
Sapiētia q̄si naturali pulcritu
dine. faciē anime int⁹ decorans
Que quanti sint ꝑ ptes melius
ꝯsiderarur Nam si auro. esse vi
uere. sentire. intelligere. ꝯparari
posset. totum totius orbis aurū
velut arena exigua despiceret re
spectu cuiuslibet hoꝝ. Quantū
putas emeret quodlibet mēbrū
quantivisus. quanti auditus. ꝛ
ita de ceterꝭ sensibus? toti⁹ mōi
possessa subā libens desereret.
vt hec nō habita ꝯpararet Me
lius est em̄ corp⁹ validū q̄ cēsus
immensus Ecci. 30. Seruiuit
olim patriarcha Jacob Laban
14. annis ꝑ vxoribus suis Ra-
chel et Lia. quanto tempe fui
uisset ꝑ vita sua? Haud dubiū
quin omni tempe vite. ꝑ vita ip
sa seruire parum iudicarem⁹. si
ab homie hanc emere valerem⁹.
Et ecce omia hec de⁹ dedit gra-
tis ꝑueniens nos in benedictōi-
bus suis De quo Ecci. 17. De⁹
creauit de terra hominem. et ꝑm
imaginē suam fecit illum. Seq̄
tur. Creauit ex ipso adiutoriū
simile sibi. ꝯsilium et linguam ꝛ
ocl'os. et aures. et cor dedit illis
excogitandi. et disciplina intel-
lectus repleuit illos. Q₂ autem
non solum ꝑmis pentibus. Ve
rum etiā singulis nobis corpus
et corpalia membra donauerit
sicut et animam. testis est virilis
illa mulier sanctoꝝ machabeoꝝ
mater. que filios suos in marti-
rio ꝯfortans dicit. Nescio quō
in vtero meo apparuistis Neq̄
enim ego spiritum ꝛ animā dedi
vobis et vitam. et singulorū mē
bra non ego compegi. sed mūdi
creator qui format homis nati-
uitatem. 2. Mach. 7. Ecce qua
lem naturalē salutem domui no
stre nobis ipsis scꝫ dominus de
dit. quo nos in tam sublimi esse
constituit. ☞ E. Si nunc
salutem tempalem que corp⁹ no
strum respicit attendere libet.

vniuersam corporee molis machi-nam anima duerte. Mundū hūc sensibilem et habitabilē loquor de quo beatus Chris. vbi supra ait. Celum extendit. terram substrauit. luminaria accendit. in vniuerso mūdo resplendētia. Et terrā fontibus et fluminib⁹ et stagnis repleuit. Campos ꝓ virgulis et floribus adornauit. Celum varijs astrorum choris depinxit. vt nobis noctē die ipo faceret gratiorem. et ꝯsequenter beneficia noctis diei ꝗ3 latius ꝓsequitur ꝯcludens. Uniuersus orbis efficitur omnib⁹ tanꝗ3 mensa vna nullo ꝓhibēte sumere qḋ vbiꝗ3 est. Et venerabilis Hugo Respice inq̄t vniuersum mūdū istum. et ꝯsidera si aliquid sit in eo quod tibi nō seruiat. omnis natura ad hunc finē cursum suū dirigit. vt obsequijs tuis famulet et vtilitati deseruiat. tuisꝗ3 oblectamētꝭ pariter ⁊ necessitatibꝫ fm effluētiā indeficientē occurrat Hoc celū. hoc terra. hoc aer hoc maria. cū hijs q̄ in eis sunt vniuersis explere nō cessant. Hꝰ circuitus tēpoꝝ ānuus innouatōnibus et redeuntis ꝑtubus dilapsa reformans ꝯsumpta restaurans. pastu ꝑpetuo subministrat. hec Hugo. Mund⁹ siquidē ꝓpter hominē fact⁹ est vt ei fruiret Ait mgr̄ dis. i. lib°. 2. Et in ps. Gloria ⁊ honore coronasti eum et ꝯstituisti eum sup omnia opa manuū tuaꝝ omia subiecisti sub pedibus eius. Et ad misterium hominis creata sunt. sol. luna. ⁊ cuncta astra celi Hec aūt dona ꝗ3 sint magna et preciosa. etiam imprudentium hominū actus ꝓbant et iudicia. Dum eīn tantis laboribus et stulta solicitudine ꝓ minima et vix aliqua mūdi ꝑticula. que nec spē pulcra nec vtilitate necessaria. nec quantitate magna. nec bonitate optima. auri sī. vel argento. t̄ra rubea vł alba etiā seipsos exponunt ⁊ cō sumunt. demonstrant quantū laborandū esset ꝓ excellentioribus mundi ꝑtibus celo et elemētis. imo ꝓ toto sensibili mundo quē gratuite domin⁹ ad corpis salutem nobis creauit ⁊ subiecit Quis solem appciare posset ei⁹ q3 splendorē. qui eq̄liter seruit omnibus. pauperi atꝗ3 regi? Quis lune et astrorum ceteroꝝ. quis aeris. sine quo nec spirare nec viuere licet. quis ignis. aque terre precium estimare valet? Eya carissimi vel nunc considerate. Si tanta ⁊ tam inestimabilia largitus est domin⁹ in hac vita misera et corruptibilia. q̄nta daturus est in vita beata et immortali.

F

Uerum et si magna hec sunt. parua tamen et pene nulla estimantur compatōne ad salutem spiritualem dom⁹ nostre Nam et que dicta sunt. bonis ⁊ malis conceduntꝰ Salus vero spiritu

alis non nisi bonis et iustis impertitur. quoniam quibus datur. ipso dono boni fiunt et iusti. etiam si prius fuissent peccatores et mali. Salus namque spiritualis a prioribus donis tantum differt. quantum a creatura creator. Salus spiritualis nostra ipse dominus iesus est. qui saluum facit populum a peccatis eorum. Siquidem homo per peccatum ab eterna salute perierat in peccatis suis venundatus erat. ab hierusalem in hiericho descenderat. pacem perdiderat. mutabilitatem et defectum inuenit. Descendit post eum dominus iesus. salus nostra. per carnis assumptionem. Perambulauit hiericho. per sufferentiam defectuum nostrorum. quesiuit eum qui perierat per salutis predicationem et miraculorum operationem. Inuenit. respexitque et sanguinis sui precium appendit. talique pacto reduxit de exilio. et redemit de seruitio. Sic quoque que omnia priora magna et multa dedit per omnipotentiam. seipsum nobis dedit per nimiam caritatem. et ita dedit. vt moreretur iustus pro iniustis. amicus pro inimicis. vt vult apostolus Roma. 5. et ad Ephe. 5. Christus seipsum tradidit pro ecclesia. vt illam sanctificaret. mundans eam lauacro aque in verbo. vt exhiberet eam sibi gloriosam ecclesiam. non habentem maculam neque rugam. De quo beatus Bernardus. sermone. 3. de ascensione domini ita dicit Quis cogitare sufficiat. qualiter rerum dominus preuenit nos. venit ad nos. subuenerit nobis. et singularis illa maiestas voluerit mori. vt viueremus. seruire vt regnaremus. exulare vt repatriaremus. et vsque ad seruilissima opera inclinari vt constitueret nos super omnia opera sua. Hec Bernar. Hec autem toti generi humano exhibuit. quod totum quantum in se est vult saluum fieri. et ad veritatis cognitionem peruenire vt dicit apostolus. j. Thimo. 2.

☞ B Uerum non omnes ad eam peruenerunt. satisfactum est pro omnibus. sed multi eam a se reijciunt. qui nec per fidem christi nec per caritatem. iesum cum zacheo in domum suam excipiunt. qui sacramentis eius non aptantur vt salus illa omnibus sufficienter adquisita. in eis vitam efficaciter operetur. Non enim omnes credunt nec obediunt euangelio. Jsayas enim dicit ca. 53. Domine quis credit auditui nostro. allegat paulus Roma. 10. Sine fide autem impossibile est placere deo. Hebre. xj. sed et si fidem habeamus ita vt montes transferamus sine caritate. nihil sumus. prima Corinth. 13 Tunc enim fit vnicuique salus. dum in christo

p baptismū regeneratur. dū hac regeneratōe ecclesie membꝛ efficitur. et semen abrae. nō carnis circūcisione sed fidei imitatōe ꝛ filiali adoptiōne. Nos enī fm Isaac filij ꝓmissiōis sumus ad Gal'. 4. Fides aūt ex deo est. et dei donū est. vt late ꝓbat Aug⁹ ad sixtū ꝑsbiterū Ubi inter cetera ait. Fides ad xp̄m nos trahit que nisi desup gratuito munere nobis daretur. non ipse diceret Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. Et iter. Nemo potest venire ad me nisi fuerit ei datum a patre meo. ☞ D Hoc autem fidei ac caritatis donū. sola dei misericordia nos cōsecuti sumus p lauacrum regeneratōis. q̄ domui nostre facta est salus nūc in spe. ꝯsecuturi eādem plenissime in re. eo ꝙ regenerati sumus filij abrae Nullis vtiqꝫ nostris meritis. Et quis hanc salutem digne magnificare. quis digne extollere potest diuinā clemētiā nobis hanc immerit; impcientē

Eya fratres attendite. quot et quales in ꝯpatione nostra abiecti sunt. qui hāc gratiosam salutem consequi non potuerunt. Qꝫ multe abinitio vsqꝫ ad hūc diem generatōes hominū ptransierunt. que omēs sine ꝯgnitōne dei et precio sue redemptōnis in intcritū sempiternū dilapse sūt. nunq̇d nob; fortiores? Nunq̇d sapiētiores? Nun q̇d ditiores illis omnibus fuim⁹. vt hanc pre illis omnibus gratiam mereremur? Quot fortes. q̄t sapiētes quot nobiles. quot diuites. ibi fuerūt. et tamē vniuersi relicti ꝛ abiecti perierunt. Et quare hoc in nobis factum sit. nullam p̄ter gratuitam saluatoris caritatē. inuenire possumus rōnem. Per hanc nos elegit in omnibus. assumpsit ex omnibus. amauit pre omnibus Nomine suo vocauit nos. vt memoriale eius semp eēt apud nos. Uoluit nos esse ptricipes in nomine. ptricipes in nominis veritate. quoniā vnxit nos illo quo et ipse vnctus est oleo leticie. vt ab vncto vncti. qꝛ a xp̄o dicimur xp̄iani. Ecclesie sue cuius ipse caput est membra constituit. in qua diuersas vngentoꝝ species recondidit. cibos qꝫ regios nobis de mensa sua ministrari precepit. Quicquid ad sanitatem ad refectionem. ad reparandam spēm. ad augendum decorem valere potest. totum exemplo assueri regis tribuit et ꝓuidit. Quibus nos. purgare. excolere. ornare poterimus. quatinus ei habitaculū dignum fieri et eius ꝑpetua inhabitatōe beatificari mereamur. ☞ I

Hec est ergo dies illa saluberrima cui⁹ hodie memoriam tam festiuis gaudijs celebram⁹ Et q̇s hec cogitās. nō tot⁹ gaudens exultaret se post naturalē. tempalem qꝫ salutem etiam hac

spiritualem consecutum. qua de dyaboli faucibus ereptus. a peccatis ablutus. fide certissima illustratus. spe ꝓmissionis verissime securus. caritate electus. in christo regeneratus est. Et huic domui incorꝑatus. in quo vniuersa ad eternam salutem necessaria facillime accipit. ꝫ salutē ꝑfectissimam sortietur pariter et eternam si ipsemet voluerit homo. Hanc diem nostre electionis. regeneratōis. incorporationis hodie. quo hec ecclesia materialis nobꝭ dedicata est. et quasi ꝓmptuarium celestis thesauri et sacramentoꝝ omniū ad salutem necessariorū nobis assignata est recolimus. et annua reuolutione oculis nostre consideratiōis p̄sentam⁹. et de salute domui nostre facte in domino exultamus. Hoc dumtaxat caute ꝓuidentes ne factam in nobis salutem p̄ciosissimam vilipendentes iterum proyciamus. et nouissima nostra prioribus peiora reddamus. sed magis datā custodiamus. donec in futuro confirmati eam ꝑdere non possimus Amen.

☞ De eodem Sermo VII. in ordine. LIIII.

Domum tuam decet sanctitudo Ps̄. 92.

☞ A Adest nobis dilectissimi dies celeberrima et festiua. festiuitas familiaris ꝫ domestica. cum omni gratiarum actione deuotius celebranda. Festiuitas vtiqꝫ vt Bernard⁹. ait in ſmōe qui incipit. Etiam hodie. Domus domini. templi dei. ciuitatis regis eterni. sponse christi. que omnia fore sancta scripture tradit auctoritas. ideo qꝫ omni celebritatis honore dignissima. Nec frustra hanc solennitatem celeberrimā dixerim que omniū festiuitatum radix est et fundamentale principium nisi enim domus domino dedicata foret nec esset vbi vel deo vel vnigenito eius christo. aut spiritui sancto vel ꝟgini. siue cuilibet sancto festa celebrarentur Sicut nec populus ille peculiaris domio. ante tabernaculi materialis dedicationem. legūtur festiuasse. immo ipsius tabernaculi dedicatio primū fuit festum ab ipsis celebratum. Que vero familiarꝭ nobis sit ꝫ domestica. Bernard⁹ in quodam ſmōe testatur dicens. Ceteras quidē sanctorū solēnitates. cum ecclesijs alijs habemus cōes Hec ꝟo sic nobis est ꝓp̄a. vt necesse sit a nobis eā vel a nemine celebrari. Nr̄a ē q: de ecclesia nostra. ma-

gis aut nostra quia de nobis ipsis. Non enim domus illius materialis tantum. consecratio festiuatur. verum et domus domini que est anima fidelis. Domus domini que est ecclesia militans. Domus domini que est ecclesia triumphans dedicatō celebratur. Siquidem ꝓ omnibꝰ hijs domum in scripturis accipi repit. de domo ecclesie triūphātis que in celis est. ait ꝓpheta. Beati q̇ habitant in domo tua domine in secula seculoꝝ laudabunt te. De domo militantis ecclesie. dicit apostolꝰ. j. Thio. 3. Scias quō te oporteat in domo dei ambulare. que est ecclesia dei viui. columna et firmamentū veritatis. De domo anime ait Petrus. j. Pet. 2. Tanq̄ lapides viui supedificamini domos spirituales. De materialis ecclesie domo loquitur Jsa. 56. Domus mea domus orationis vocabitur. Omnes has domꝰ dominus sibi consecrauit. Celestem dum piectus est draco ille magnus antiquus serpens qui vocat dyabolus. ꝛ facta est salꝰ et virtus et potestas et regnum dei Apoc. 12. Militantē dum eam in cruce mundauit. ẜm illō Ephe. 5. Christus seipsum tradidit pro ecclesia. vt illam sanctificaret ꝛc̄. Animā in baptismatis lauacro sibi desponsat. ẜm illud ad Thitū. 3. Saluos nos fecit per lauacrum regeneratōnis et renouationis spiritꝰ sancti. Materialem autem domum ꝑmo per ministeriū moysi deinde salomonis sanctificauit Et quottidie per manus pontificum sanctificat. de quo Bernardꝰ in ẜmōe. Quis em̄ pietes ecclesie sanctos dicere vereatur. quos manus sacrate pontificū tantis sanctificauere misterijs. Merito itaq3 sanctis laudibꝰ extollenda est omnis domini habitatio. quoniā domū domini decet sanctitudo De quibus vt aliquid dicatur. Pro gratia Aue maria B

☞ Domum tuā decet sanctitudo. Quattuor domus domino sanctificatas audisti. celestē ad quā tendimus. ecclesiam in cuius fide ꝛ obedientia viuimꝰ Animam nostram quam deo p̄paramus. Materialem in qua sacramenta ꝑticipamus. Quarum idcirco dedicationem pagimus. quoniā ineffabilia in hijs nos domini dona recepisse cognoscimꝰ. Quid em̄ gratiosiꝰ cogitari potest. q̄ꝫ q̄ dominꝰ nobis qui puluis sumꝰ et cinis. celestē habitationem sacrauit. in qua vniuersis malis remotis. in domino perpetua pace stabiliemur ẜm illud Jsay. 65. Non audiet in ea vox fletus. nec vox clamoris erit ibi amplius. sed que nec oculꝰ vidit ꝛc̄. preparauit dominꝰ Eiusdē. 64. Quid deniq3 misericordiꝰ eo q̄ nos immeritos

